principij respectū verbi prolati. Vel dicēr possumus ꝙ similitudo non semper currit per omnes modum. Ad quartum dicendum ꝙ illud argumentū per locum a minori soluit Augusti. xv. de trini. capi. vlti. d. si filius doctrinam dicebat non esse suam. qz eam non habebat a se que tamē sua erat: multomagis spiritus san. est procedens ab ipso que non negat a se procedere. sed a patre procedere confitetur.

Quæ. 2. Ecundo queritur vtrum relatio in diuinis distinguat ꝑm esse. ⁊ videtur ꝙ sic. qz distinctio ꝑz rationem quidditatis includit distinctionem ꝑm esse. nam distinctio ꝑz rationem quidditatis est differentia specifica: distinctio ꝑm esse est differentia numeralis. Sed differentia ꝑm speciem includit differentiam ꝑz numerū vt ostendit philosophus. v. metaphisyce: ergo si relatio in diuinis distinguit ꝑm rationez quidditatis: distingueret ꝑm esse. Preterea in diuinis manet relatio ꝑm suum genus. cum ꝑm Boetium. sunt ibi duo predicamenta: substantia. ⁊ relatio: igitur omnis distinctio ꝑm relationem que reperitur i creaturis reperitur ibi. Sz relatio distinguit in creaturis ꝑm esse sum: ergo ⁊ cetera. Preterea Aug. v. de trinitate. capi. v. ait ꝙ patrem esse diuersum est a filio esse: sed hoc non esset nisi relatio distingueret ꝑz ſuū ee. ergo ⁊ cetera. Preterea si absoluta in diuinis non distinguunt ꝑm esse hoc non est nisi quia esse illorum est idem ꝙ esse in deo. Nam in deo non est aliud esse ꝙ magnum esse vel bonum esse. Sz aliud est in eo esse ꝙ verbum esse vel patrem esse: vt vult Augustinus. vi. de trinitate capi. vij. igitur si ee relatiuorum in diuinis non transit in substantiam: relatiua ibi distinguunt ꝑz esse. In contrarium est. qz in diuinis sola relatio distinguit nec distinguuntur diuina nisi ꝑm ad aliqd: nō ꝑz ꝙ sunt aliqd: vt vult Augustinus in pluribus locis: sed relatio ꝑm rationem quidditatis est ad aliqd: ꝑz esse est aliqd: non ergo distinguit in diuinis ꝑm esse. sed ꝑm rationem quidditatis. Preterea relatio ꝑm esse quod habet in diuinis aut transit in substantiam: aut non: si sic. ergo non distinguit. quia substantia ibi est indistincta. si non transit ergo ibi est cōpositio: cum sit ibi aliqd quod non est substātia quod falsum est. Respō deo dicendum. ꝙ vbicunqꝫ est pluralitas suppositorum eque simplicium ibi in natura non pluralificatur per se. qz vbi nā ꝙ se pluralificat ē ibi reperire distinctionem formalem: ⁊ quia forme sunt sicut numeri nec reperiuntur due forme eque simplices. sicut nec due species numerorum. oportet supposita que per se formaliter habent esse distinctum non esse eque simplicia. ergo in eque simplicibus natura non pluralificatur per se. sed ex consequenti ⁊ per esse: vbi est ergo idem nā ⁊ esse ꝑm realem essentiam: natura est vna in omnibus illis: ⁊ quia suppositum diuina sunt eque simplicia. ⁊ in eis est idem natura. quod esse: nā in eis est vna: ⁊ ꝑm substantiam sunt indistincta. ⁊ sicut i eis non est distinctio quantum ad substantiam ⁊ naturam. ita quantum ad omnia absoluta habent esse indistinctum. vt vult Augu. v. de trinitate cap. viij. Cā autem quare omnia absoluta in substantiam transeunt est. quia ex esse sumitur omnis perfectio Nam ex hoc sapientia perficit habentem quia dat ei esse sapiens ⁊ bonitas quia dat ei esse bonum. Si ergo esset aliquod esse separatum ei cōpeteret omnis ratio essendi. sicut si esset aliqs calor separatus ei competeret omnis ratio caloris. ⁊ tunc omnes perfectiones particularium calidorum per diuersas qualitates repertas in particularibus calidis simplicit

ꝛ vnite reseruarentur in illo calido: ita in esse primo omnes perfectiones que reperiuntur in particularibus entibus per diuersas entitates ibi reperiuntur simpliciter ꝛ vnite per illud vnum esse. vnde licet in creaturis magnum esse non sit bonum esse vel sapientem esse. quia per diuersas entitates perfectionem suscipiunt. In deo autem idem est magnum esse q̄ bonum esse: ꝛ cetera huiusmodi. quia per vnum ꝛ idem esse ei competit omne esse: ꝛ hanc causam tangit Aug. v. de trinitate. c. xi. quare in diuinis omnia absoluta in substantiaz transeunt: ꝛ ꝑ ipsa nō ē distinctio. Aduertendū autē q̄ esse ꝛ referri habent rationes alias. quia esse sumitur ex eo q̄ ē in supposito. ꝛ predicat aliq̄d de eo in quo est. referri autem non sumitur per illud in quo est. sed per aliud ad se habeī. ꝓpter quod nihil predicat de eo de quo dicitur. licet ergo in esse diuinio reseruetur omnis ratio essendi: ꝛ cuicunq̄ communicatur illud esse cōicetur omne esse: non tamen in eo ꝑm q̄ huiusmodi reꝯatur omne referri: ꝛ cui communicatur illud esse non' communicatur omnis respectus. Sicut si esset calor separatus ei competeret omnis ratio calozis. tamen quia ratio calozis est alia a ratione albedinis vel colozis non oporteret illi calido competere oēm rationem albi vel colozati: ꝛ quia ꝑm referri non sumitur esse relationis: sed ratio quidditatis: cum in esse diuino includatur omne oē non esse referri: ēa cui communicatur illud esse communicatur omne esse cum omnibus personis diuinis communicetur esse diuinum. persone diuine quantum ad nullum esse distingui possunt cum cuilibet earum competat oē esse. ꝛ quia relatio quantum ad suum esse in omni esse continetur. quantum ad esse relationū diuina supposita non habebunt esse distinctum. Sed quia referri non claūditur in esse cum habeat diuersam rationem ab esse per referri solum diuina supposita distinguentur. ꝛ quia ꝑm referri sumit̄ ratio quidditatis relationis. ꝑm esse transit in substantiam: soluz igitur ꝑm rationē quidditatis relatio in diuinis ē distinctiua. non ꝑm esse. propter quod bene dixit Boetius circa finem suī libelli de trī. q̄ substantia continet vnitatem: relatio multiplicat trinitatem. Ad primum dicendum q̄ distinctio ꝑm rationem quidditatis si includit distinctionem ꝑm esse hoc non est nisi q̄z vnum ꝛ reliquū eꝛ eodem ozdine sumūtur. vt si vnum est aliquid ꝛ ad aliquid. si vnum predicat aliquid de eo de quo dicitur ꝛ reliquū ꝛ hoc solum ē in absolutis. que tam ꝑm esse q̄m ꝑm rationem quidditatis. sunt aliquid. in relatiuis autem que ꝑm rationem quidditatis non sunt aliquid. sed ꝛ esse sunt aliquid: non habet veritatez q̄ dicitur. Ad secundū dō q̄ relatio ibi reperitur ꝛ suū genus. ꝛ omnis distinctio quam facit relatio in creaturis vt relatio ibi reperitur. sed relatio ꝑm esse non distinguit vt relatio. quia relatio vt relatio non dicit aliquid sed ad aliquid. sed ꝑm esse aliquid dicit. ideo distinctio per relationem ꝑm esse non est distinctio per eam: vt relatio: ꝛ ideo non oportet talem in diuinis reperiri.

Ad tertium dicendum q̄ eē relationis potest accipi dupliciter. vel esse q̄ habet in supposito. vel esse diffinitiuū. diffinitiuū aūt esse est idem q̄ ratio quidditatis relationis. ꝛ cuz dicimus relationem non distinguere ꝑm esse non est intelligendum de esse diffinitiuo quod est ad aliud se habere. sed de esse q̄ trāsit in substantiam. Augu. antē loqūitur ō esse diffinitiuo vt relatiōi diuine diffinitio competit q̄ patrem esse non est filiuz esse. q̄z referri qō competit filio nō competit patri: ꝛ per hoc patet solutio ad quartum:

quia esse relationum quod non transit in substantiā est eē diffinitiuū vel referri.

Ertio queritur vtrum spiritus san. distinguer etur a fi°. si non procederet ab eo. ꝛ videtur q̄ sic. q̄z sufficit distinctio in principio ꝑm rationem. vt ea que sunt ex principio distinguantur ꝑm rem. Sed in patre prout generat filium ꝛ spirat spiritum sanctuz est distinctio ꝑz rationem cum vnum producat ꝑ modum nature. ꝛ alium per modum voluntatis: ꝛ natura ꝛ voluntas in patre differunt ꝑm rationem. Preterea ecclesia non imponebat grecis q̄ ponerēt dualitatē ex eo q̄ negabant spiritum sanctū ꝓcedere a filio. sed si nō distingueret ab eo nisi procederet ab ipso dualitatē posuissent ergo ꝛc. Preterea oppō contradictoria sunt maxie oppō. cū sint ea quoꝝ non est medium ꝑm se. sed procedens per modū intellectus ꝺz rationem verbi procedens per modū voluntatis non habet rationē verbi sed doni. Sed si nunq̄ spiritus. s. procederet a filio q̄z procederet ꝑ modū voluntatis non diceretur verbū. ergo distingueretur a filio si nō procederet ab eo Preterea Ansel. de ꝓcessu. spiritus san. dicit spiritū. s. ex patre eē non nascendo: filium vero nascendo: ꝛ in hoc vnū ab alio eē distinctū Sed ista eēnt si nunq̄ a filio procederet ergo ꝛc.

Preterea relatio non solum distinguit oppō. sed disperata. sed si nunq̄ spiritus ꝓcederet a filio eēnt in eis relationes disperate ergo ꝛc. In contrariū est q̄z relatio vt relatio non distinguit nisi ab opposito. sed vt habitū est relatio in diuinis non distinguit nisi ꝑm q̄ relatio. sed oppō relatio non potest eē inter spiritū. s. ꝛ filiū nisi ꝓcedat ab eo q̄ ꝛc. Preterea Augu. vi. de trini. ca. ij. vult q̄ pater non distinguatur a filio nisi in eo q̄ referāt ad filiū. ergo spiritus. s. nō distinguit a filio nisi in eo q̄ refert ad ipsum. ꝺz ñ refertur ad ipm nisi ꝑm q̄ procedit ab eo ergo ꝛc.

Respōdeo dō q̄ sicut habitū est in diuinis nō ē distinctio nisi per relationes. q̄z quicq̄d ad se dicit. dicitur de qualz persona singulariter. ꝛ de omnibus ñ pluraliter. vt vult Aug. vij. de trī. capi. ij. ꝛ v. c. viij. Sed ea ꝑm que attenditur differentia oportet pluri ficari ꝛ numerari vt differentiā faciant q̄z ꝑz q̄ aliqua differunt ita numerantur. Si ergo relatiōes distinctionē faciunt in diuinis oportet eas plurificari Sed vt bene videamus qūo ibi est relationū plurificatio. ꝛ ꝑ relatōes distinctio. oz nos videre qūo ꝺ in creaturis eē habent. Ideo nōndū q̄ relatōes in creaturis triplr plurificant̄ ꝛ ꝺz qualz plurificationē distinguūt. Mā aliqñ est plurificatio relationū similiū aliqñ disperatarū: aliqñ oppositarū: mā ab eodē patre carnali posūt ꝓgredi plures filij. Rursuz pater carnalis cū hoc q̄ pater est. pōt eē artifex ꝛ ab eo poterit ꝓgredi aliquod artificiatū vt puta scānum: vl idolum. In quibus omnes diuersitates dictas de relationibus inuenimus. Nam in eo q̄ plures filij ab eo emanant est ibi plurificatio relationum similium quia plurium filiationuz. Rursum plurificantur ibi relationes disperate. Maz relatio ꝺz quā refertur idolum vel artificiatum ad artificem est dissimilis ꝛ disperata. a relatione ꝑm quam refertur filius ad patrem. licet ꝑm ipostasim sit idem pater ꝛ artifex. plurificatur ibi etiam oppositē. quia relatio ꝺz quam refertur filius ad patrem' est opposita relationi qua pater refertur ad ipsum. ꝛ licet secundum omnes istas plurificationes relationū sic distinctio in creaturis. quia filius distinguitur a patre per oppositam relationem: vnus filius ab alio filio per similem: filius ab artificiato per disperatam: non tñ

codem modo ista genera relationū distingūt. quia relatio opposita distinguit fm rationē quidditatis alie autem solū fm esse. Nam per relationē non refertur aliquid nisi ad oppositum relative. vt filius per filiationem solum refertur ad patrem. ⁊ quia fm referri sumitur ratio quidditatis relationis. cum solum opposita relativa inter se referantur. fm rationem quidditatis solum ab opposito distinguit relatio. tamen fm esse distingunt relationes non oppositę. vt pīres filij fm relationē distinguntur. non quia vn⁹ filius per filiationē quā habet referatur ad alium filium. quia per filiationē solum refertur ad patrem. Sed quia filiatio que est in vno filio est alia numero ab ea que est in alio filio. ⁊ ideo si per aliam ⁊ aliā filiationem vnus ab alio distinguitur. hoc non est per referri vnde sumitur ratio quidditatis relatiōis. ſz ex eo q̄ ineſt: vnde sumitur eius esse. simile est de disperatis. nam filius non distinguitur ab artificiato per relationē quā habet quia ad ipsum referatur ex quo referri sumitur ratio quidditatis relationis vt est ostensum. sed solū per ineſſe ex eo q̄ in filio est relatio que non est in artificiato. hoc viso q̄ relatio nō distinguat nisi pluraliter ⁊ q̄ pluralificata fm rationem quidditatis solum distinguit opposita. fm esse distinguit similis: ⁊ disparata transferentes hec ad diuina. dicam⁹ q̄ relationes in diuinis similes nec pluralificātur nec distingunt. disperate si pluralificātur ad distinguēdum nō sufficiunt: oppositę ⁊ pluralificātur ⁊ per se ⁊ directe distingūt. similes nō pluralificari patefactum fuit cū ostenderē fuit plures personas fm vnum modum procedendi in diuinis nō posse ꝓcedere: eas non distinguere manifestari potest per ea que ante diximus q̄ relatio in diuinis non distinguit nisi fm rationem quidditatis. sed cum sic nō distinguat similis vt ostensum est. ibi relatiōes similes non distinguent disperate. ⁊ si pluralificantur in diuinis. non directe distingunt cum nō distinguāt fm rationem quidditatis fm quā ibi per se distinctionē ponimus. sola ergo opposita relatio ibi distinctionē faciet. Sed quia relatio opposita originis inter personas aliquas nō est nisi vna procedat ab alia. nisi spiritus sanctus procederet a filio cum filius nō procedat ab ipso. non distingueret ab eo. oporteret eni⁹ personam que a persona in diuinis distinguitur habere relationem oppositam ad illā. cui sola relatio opposita distinguat fm rationē q̄dditatis. ⁊ illā relationem oppositam esse relationē originis. quia ibi sole relationes originem distingūt. alie autem nō distingūt. sed distinctas ostendunt. dicamus ergo cū anſelmo de processione spūs. ſ. q̄ ex quo est vnus solus deus pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus vel spiritus sanctus vel filius est de spū sancto vel spiritus sanctus de filio. aliter enīz inter eos non saluaretur distinctio. Ad primum dicendum q̄ quādo principium ⁊ id quod est ex principio differunt fm naturam. tunc sufficit ponere in principio differētiam fm rationē vt ipsa que sunt ex principio differant realiter. Sed omnes tres psone sunt eiusdem nature. ideo nō possunt distingui per differentiam absolutorū fm rationem. nisi vna procedat ab alia. ⁊ realiter referatur ad ipsam. Ad scōm dicendū q̄ cum aliquis in errorem labitur nō oportet q̄ ecclesia imponat ei omnia que sequūtur ex illo errore. quia sic quodāmodo ei imponeret infinita. q⁹ vno incouenienti dato multa consequuntur vt dicit primo phisy. Ad tertium dicendum q̄ oppositio contradictoria dicitur esse maxima propter amplitudinem. quia omnes alias oppositiones continet. cum minima est quantū ad rationem oppositionis.

quia omnes oppositiones se habent per additionez ad illam cum ipsa reseruetur in omnib⁹. Unde inter ea que sola ratione differūt quodāmodo reseruatur talis oppositio vt puta inter essentiā ⁊ patrez. quia pater generat. essentia non. Ad quartū dicendum q̄ ad distinctionē personarū tria requiruntur. primo pluralitas relationū. quia si non pluraliſicarētur relationes per eas non distinguerētur relata. secūdo ille plures relationes debent designare originem. quia vt dictū est relationes non originis non distingunt. licet possint distinctas ostendere. tertio debent habere oppositionem ad se inuicem. ⁊ illud est completiuum in distinctione. quia non distinguit relatio in diuinis nisi fm rationez quidditatis que habetur p comparationē ad oppositū. ideo filius quia procedit nascendo dicitur distingui a spiritu sancto quia procedit non nascendo. quia propter aliūm ⁊ aliū modū procedendi filij ⁊ spirit⁹ sancti possunt ibi accepi relationes plures. Rursuz ratione processionis ille relationes designabunt originem que sunt duo que requiruntur ad distinctionem personarum. non tamen ibi possum⁹ vere ⁊ realiter distinctionez saluare nisi adsit ibi relationū oppositio que est in distinctiōe cōpletiuz. vnde anſel. inde processione spiritus. ſ. ait. Quod spiritus sanct⁹ qui existit de patre procedendo nō est filius qui existit nascēdo. cū antē apparebit quia spiritus sanct⁹ est de filio. tūc palā esset quoꝫ quia propter hoc nequit esse filius spiritus. ſ. ⁊ spūs sanctus filius per quod appareret q̄ processio spirit⁹ sancti a filio est aperta causa ⁊ completiuum in distinctione ipsarum. ⁊ q̄ dicit anſel. q̄ si non alio differrent filius ⁊ spiritus sanct⁹ nisi quia ille nascitur ille procedit diuersi essent. quomodo habet verisatē infra patebit. Ad quintū dicēdū q̄ relatio disparata distinguit in creaturis nō in diuinis vt patuit.

D Einde queritur de patre ⁊ filio ꝓout spirant spiritum sanctū vtrum habeant esse distinctum vel vnitum ⁊ circa hoc querūtur. iiij. Primo vtrum pater ⁊ filius spirent spiritum sanctū inquantū vnum vel inquātum plures. Secundo quid est illud in quo cōueniunt ꝓout spirant spiritum sanctū Tertio vtruz virtus spiratiua in qua cōueniunt dicat quid vel ad aliquid. Quarto vtrū possint dici plēs spiratores.

Q̄ō. 4.

Q primum sic procedit. Videtur q̄ pater ⁊ filius spirent inquātum plures. quia actus sunt suppositorum: cū ergo sint plura suppositа que spirant spirant inquātū plures. Preterea dicitur primo priorum. ca. de reduplicatione q̄ iustitia est bonum: quoniā bonū falsum est: ⁊ non intelligibile. similiter salubre est disciplinatum quoniā disciplinatum. igitur nunq̄ reduplicatio debet addi ad predicatum. sed ad suppositum cum igitur sit pluralitas suppositorum spirantium ⁊ reduplicatio se tenet ex parte suppositorū debemus concedere q̄ pater ⁊ filius spirēt inquātum plures. Preterea si pater ⁊ filius spirent spiritum sanctū inquātum vnū hoc nō potest intelligi nisi tripliciter. vel inquātum sunt vnū in essentia. vel inquātum sūt vnum in persona. vel inquantū sunt vnum in notiōe Inquātum sunt vnū in essentia nō. quia tūc spūs. ſ. seipm pduceret cū sit idē in eēntia cūeis. Inq̄tum sunt vnū in psona nō. q⁹ talē vnionē nō bnt. Inq̄tū sūt vnū i notiōe nō. q⁹ tūc vnio i notiōe videret esse causa spirationis qō falsum est cū relatio ex actib⁹ habeat esse. nō actus ex relatione. Preterea qō procedit a duobus. ab vno principaliter. ab alio non principaliter: videt procedere a duob⁹ in eo q̄ duo

sed spūs sanctus de pre procedit principalr nō de filio. vt videtur dicere aug. xv. de trini. ca. xxvi. ergo tē. In contrarium est quia quod procedit a pluribus in eo q plures. videtur esse cōpositus. spiritus. s. est omnino simplex ergo tē. Preterea cuz amor habeat cōiungere z nectere quod procedit a pluribus q modum amoris procedit a pluribus vt sunt vnum ergo tē. Rñdeo quidaz sic dicunt q pater z filius qui spirant spiritum sanctum sunt plura fm suppositā z vnum fm virtutē spiratiuā. ideo cum queritur vtrū spirent in eo q vnum est locutio multiplex: nam si h q dico vnum refertur ad suppositū sic est locutio falsa cum sint plura suppositā que spirant. Sed si refertur ad virtutē tunc est locutio vera cum sit vna virtus per quā spirant. simpliciter ergo neutrum est cōcedendum nec q spirent in eo q vnum. nec q spirēt in eo q plures. Sed isti ignorant vim verbi. Nam h quod dico inquantuz. z in eo q designant reduplicationem. designantia autem reduplicationem solum sunt conditio predicati non subiecti. nam licet ipsum subiectūz in reduplicatione nominetur. dicitur tamen cōditio predicati. quia in ea dat intelligi causa predicati non subiecti. Unde philosoph⁹. primo priorum dicit, reduplicationem esse ponendā ad maiorem extremitatem non ad medium. Sed in propositione que constat ex maiori extremitate et medio maxime in prima figura nisi proprie loquatur maior extremitas habet rationē predicati. Sed si hoc q dico in quātum posset referri ad suppositum z ad virtutem cum virtus sit in supposito z ea que sunt in supposito predicentē de supposito denominatiue vel essentialiter esset conditio predicati z subiecti. ideo distinguentes fm dictam distinctionem vim reduplicationis nesciuerunt. vt autez pateat veritas notandum q per se. z primo. z fm q ipsum. se habent per ordinez. nam per se solum causalitatē nominat. quia per se vt a primo distinguitur idez sonat q per causam existentem. in se. primo supra per se addit precisionem cause. vel reduplicationem essentie supra subiectum. Nam illud est primo q est tale in eo q tale. fm q ipsum vt est ab alijs distinctuz addit in mediationem. z licet ista teneant dictum ordinem ꝯtum ad additionem: tenent modū contrariuz quātum ad predicationē siue quantū ad vniuersalitatē. Nam quicquid est fm q ipsuz est primo z quicquid est primo est per se, z quia in primo z fm q ipm inuenitur reduplicatio. inuenitur etiam z in per se cū habeat rationem vlis respectu illorum. igitur si bene volumus videre quid importat reduplicatio per ista in quibus reperitur videre poterimus. Sed cū in omnibus istis cōsideretur causalitas z id q est ratio. quare aliquid sit tale. reduplicatio ad causaz habebit respectum. vt puta si calor est ratio calefaciendi. ignis calefaciet non quia ignis. sed quia calidus: z quia ars edificatiua est ratio edificādi licet homo vel mūsicus edificet. non tamen homo quia homo. vel qz musicꝰ edificabit. Sed quia edificator. Ita est ex parte ista quia vna virtus spiratiua est ratio quare pater z filius spirant. licet sint plures, spirantes. tamen quia reduplicatio non respicit suppositā vt ostensum est. Sed illud quod est ratio spirandi cū hoc sit vna virtꝰ spiratiua simpliciter est vera quod plures spirāt. eo quod actus respicit suppositā que sunt plura. sed simpliciter est falsa i eo q plures spirant eo q reduplicatio respicit virtutē que est vna. z ista est sententia anselmi monologion. liiij°. ca°. qui ait q spiritus sanctus siue amor procedit ex patre z filio. non ex eo in quo plures sunt pater z filius. sed ex eo in quo vnum sunt. z idem inde processione spiritus. s. circa finez ait. constat in expugnabili ratione spiritum sanctum esse de filio sicut est de patre. nec tamē esse. quasi de duob⁹ diuersis. sed quasi de vno. ex eo enim q pater z filius vnū sunt id est ex deo est spiritus sanctus. nō ex eo vnde alij sunt adinuicem.

Ad primum dicendum q licet actus sit suppositorum reduplicatio tamen accipitur p comparationē ad virtutem. z ideo licet plures spirent nō tamen in eo q plures. Ad secundū dicendū q reduplicatio dicit causā nō simpliciter z absolute. sed in subiecto z ideo in reduplicatione subiectum debet ibi nominari vt triangulus habet tres in eo q triangulus: z disciplinatum est salubre in eo q disciplinatum non in eo quod salubre. tamen illa reduplicatio dicit esse conditio predicati. quia si assignaretur subiectum z predicatum in propositione in qua est reduplicatio. ex parte predicati veniret. Rursum dicit talis conditio p̄dicati quia in reduplicatione datur intelligi causa predicati non subiecti sunt z alie rationes quare dicitur condicio predicati de quibus tractare non est presentis speculationis. Ad tertium dicendum q hoc est in quantū sunt vnum in vna virtute spiratiua. Ansel. tamē inde processiōe spūs sancti concedit spiritū sanctum procedere a patre z filio in quantū sunt vnum in essentia. Sed vtrum ita sit z si sic est. quare spiritus sanctus se non spirat in sequenti questione dicetur. Ad quartū dicendum q eadem est virtus que est in patre z filio per quaz spirant. Sed illam virtutē pater non habet ab alio. filius eam habet a patre. ideo a patre dicitur procedere principaliter. Sed cum propter hoc nō tollat vnitas virtutis proprer quā vnitatem spirant. in eo q vnum. propter hoc nō arguitur quod spirent in eo q plures.

Dū. s.

Secundo queritur quid est illud in quo cōueniunt pater z filius fm q spirant spiritum sanctum. z videtur q sit diuina essentia. quia pater z filius dupliciter possunt considerari. vel fm absoluta vel fm relationes. fm relationes differunt. fm absoluta conueniunt. ergo si in spirando spiritū sanctū sunt vnuz. hoc non erit fm relationes cum fm illa differant. sed fm absoluta vel fm essentiā fm que conueniunt. Preterea anselmus in de processiōe spūs sanctus vult q pater z filius spirēt spiritū sanctum inquantum sunt vnus deus. sed hoc non est nisi prout sunt vnuz in essentia. ergo tē. In contrariuz est quia sicut pater z filius sunt vnum in essentia. sic z spiritus sanctꝰ cum eis vnum est. si ergo propter hoc spirarent spiritū sanctum: spiritus sanctus seipsum produceret. Ulterius videtur q hoc sit prout sunt vnuz in voluntate quia sicut filius procedit per modū nature. sic spūs sanctus emanat per moduz voluntatis. Sed pater generat vnicum filiuz fm q est in eo vna natura. ergo pater generat vnicū filiuz fm q est i eo vna natura. ergo p̄ z filius spirāt spiritū sanctū. prout est in eis vna voluntas. Preterea spiritus sanctus procedit a patre z filio per moduz amoris. sed amor hūs vnire fm volūtatem. ergo pater z filius fm q in voluntate vniuntur producunt ex se amorē quē spirāt.

In contrariuz est quia sicut patris z filij est vna voluntas. sic z spiritus sanctus habet vnam voluntatem cum eis. si ergo propter hoc spirarent spiritus sanctus spiraret seipsum. Ulterius videtur q hoc sit prout sunt vnum in notione quia fm q spirant spiritum sanctum ad spiritum sanctū referuntur. Sed non referuntur ad ipsum nisi per notionē cōmunē in

qua vniuntur. ergo ꝑm ꝙ in illa sunt vnā spiran-.

Preterea ꝑm ꝙ spirāt spūs sanctū a spū sc̄ō distinguntur. Sed vt habitū est in diuinis non distinguit nisi relatio opposita. sed non habent relationem oppositam pater ⁊ filius ad spiritum sanctum nisi notionem cōmunem in qua vniuntur. ergo ꝑm ꝙ in illa vnum sunt. ipsum producunt. Jn contrarium est quia relatio vt relatio semper sequitur ad actionez. naz ex eo ꝙ agens agit refertur ad actū vel ad effectuz. non ex eo ꝙ refertur agit cum actio nō sequat ad relationē. sed econuerso. nō ergo ꝑm ꝙ i illa notiōe vniunt spirant. sed qz spirāt in illa notiōe vniuntur.

Rn̄deo: dicendū q̄: ꝑm q̄: inquātū: in eo. ⁊ cetera huiusmodi quandā reduplicationē importāt. Nam vt habitum est licet agere sit suppositozum. reduplicatio tamen semper dicit respectuz ad causam. ideo actio non ꝯ conceditur de supposito cū reduplicatione nisi tali nomine suppositus nominetur ꝙm eo detur intelligi quod est actionis causa vel ratio. ⁊ ideo non cōcedimus quod musicus in eo ꝙ musicus edificet. sed i eo ꝙ edificator. quia musica ꝑm quaz denominatur musicus non est ratio edificādi sed ars edificatoria. quererę igitur quid est illud in quo pater ⁊ filius vniuntur ꝑm ꝙ spirant spiritū sanctum. est querere que est causa ꝑm ꝙ in diuinis causa esse potest ꝑm quā pater ⁊ filius vnionez habent in spirando. causa autez in istis inferioribus duplíciter sumit in essendo ⁊ in inferendo. Nam oē illud quo posito aliud sequitur est causa illius ꝯtum ad illationē. ⁊ si nō ꝯtū ad esse. Jn diuinis autē ⁊ si nō est ibi ꝓpzie causa. qz causa est ad cuius esse sequit aliud. er̄ ibi aliq̄d ad filitudinē cause. Naz sicut cā dat esse cāto ita ibi vna ꝑsona dat esse alteri. ⁊ ꝓz ꝙ in diuinis inuenitur causa possumus ibi distinguere causam ꝯtum ad esse. ⁊ ꝯtum ad inferre. vt si dicetur patrem esse causaz filij ꝯtum ad esse. quia dat esse filio. filiū autē esse causam patris ꝯtum ad illationem. quia posito filio infertur pater. ⁊ si volum⁹ accipere causam large vt extēdatur nomē cause ad causam in inferēdo sic omne illud ꝑm ꝙ sequitur patrem ⁊ filium habere vnionē in eo ꝙ spirant. potest dici esse illud vnuz in quo conueniunt pater ⁊ filius spirant ꝯtuz ad ꝓzesens sequitur eos esse quadrupler vnitas. primo ꝯtum ad amorē spiratū. secundo ꝯtum ad actum spirandi. tertio ꝯtum ad notionem cōmunem. quarto ꝯtum ad virtutem spiratiuā. vniunt primo in amore spirato. Nam cū amoz habeat vitiuā ex eo ꝙ spirant spiritū sanctū qui habet rationem amoris nectūtur ⁊ vniuntur inter se propter qđ spiritus sanct⁹ nexus cozū dicitur vt habitū est. vnium secūdo in actu spirādi. nam cū amoz spiratus sit vnus ⁊ simplex. oportet ꝙ vna spiratione accipiat esse ex eo igitur ꝙ talem amorē spirāt vniuntur in actu spirādi propter spiratiōis vnitatem. tertio sunt uniti in notione cōmuni. Naz sicut pater ex eo ꝙ generat filium habet in se quandā relationez per quā refert ad filiū vt paternitatē: ita pater ⁊ filius ex eo ꝙ spirant spiritū sanctū habent in se quādam relationē qua referuntur ad ipsum ⁊ illa relatio cōmunis notio nominatur. ⁊ quia vnū est productum ⁊ vna spiratio qua producit. sequitur vnā esse notionem cōmunem qua spirātes ad spiratum referunt. ergo ex eo ꝙ pater ⁊ filius spirant spiritum sanctum ꝓpter vnitatē notiōis sequit eos in illa notione esse vnos. Quarto cōiungunt in vna virtute spiratiua. Nam si esset alia virtus spiratiua i ꝑze ⁊ filio. esset alia spiratio ⁊ alius amoz spirat⁹. sicut videm⁹ qz alia virtus amatiua est in duob⁹ amicis nō est idē amoz quo se diligūt. Cum igitur sit vnus amoz spiratus sequitur eos habere vnā virtutez spiratiuā ꝑm ꝙ talem amorē spirant in qua virtute vniri dicunt. patet igitur ꝙ si ꝑm ꝙ dicit causalitatem in inferēdo cum ex ipsa spiratione spūs sanctus possimus inferre patrem ⁊ filiū esse vnitos omnibus dictis modis ꝑm istum moduz loquendi cum queritur que est illa vnio qua vniūtur pater ⁊ filius in spirādo spiritū sānctum possum⁹ dicere ꝙ est vnio quadrupler ꝓnotata: verum quia nō quelibet assignata vnio habet rationem causalitatis respectu spirationis in essendo. sed soluz vnio in virtute spiratiua. ⁊ ꝑm ꝙ verba sonant absolute loquendo. cum querit quid est illud in quo vniūtur pater ⁊ filiꝰ ꝑm ꝙ spirant. est questio de eo ꝓpter quod competit eis spirare siue de ratione spirandi. cum ḣ sit solum virtus spiratiua. absolute loquēdo debemus cōcedere patrem ⁊ filium spirare vt sunt vnū in spiratiua virtute. ꝙ autē sola illa vnio sit ratio spirandi patet. nam amoz spirat⁹ non potest esse ratio talis spirationis cum ipe ex tali spiratione esse accipiat. nec vnitas spiratiōis: qz tuncidem sui ipsius esset causa: nec vnitas notiōis. nam cum illa sit quedā relatio magis ex eo ꝙ spirāt vniūtur in notione ꝯ econuerso. sed ex eo ꝙ sunt vnū in virtute spiratiua cum ipsa virtus sit spirandi ratio: qz ratio actiōis ex virtute summē spirare dicuntur spiritum sanctuz. ⁊ quia ipa virtus est quid absolutum ⁊ essentiale vt patebit. ꝓpter hoc anselm. inde processiōe spiritus sancti cōcedit patrē ⁊ filiuz spirare spiritum sanctū inquantū sunt vnus deus.

Ad primum dicēdum ꝙ essentia diuina ꝑm ꝙ habet rationem virtutis spiratiue est illud in quo vniuntur pater ⁊ filiꝰ ꝑm ꝙ spirāt. Jdeo cōcessit anselm. patrem ⁊ filiū spirare vt sunt vnus deus. quare aūt spiritui sancto spirare non cōpetit cuz sit vnus deus cum patre ⁊ filio in sequēti questione patebit. ⁊ per hoc patet solutio ad ꝑm ⁊ ad illud in contrarium.

Ad illud ꝙ vlterius queritur. vtrum pater ⁊ filiꝰ spirēt spiritum sanctū ꝓout vniūtur in volūtate concedendum est ꝙ sic. quare autē spiritus sanctus nō spiret cum sit vna volūtas omnium trium in sequēti questione patebit. ⁊ per hoc patet solutio ad duo argumenta ꝓo. ⁊ ad illud cōtra. Ad illud quod vlterius queritur. vtruz spirent ꝓout vniūtur in notione. dicendum ꝙ licet ex eo ꝙ spirant possimus inferre eos esse vnitos in notione. vnio tamen illa non est ratio spirandi. ideo non est concedēdum simpliciter eos esse vnitos in notione ꝑm ꝙ spirāt. ⁊ ꝙ arguitur quia ꝑm ꝙ spirant sequitur eos habere notionē cōmunē. dicendū ꝙ questio nō querit de causa in inferendo. ſz de eo a quo summē ratio spirādi. ⁊ huiusmōi est sola virtus spiratiua: vt dictum est. Ad illud ꝙ secūdo arguitur. ꝙ illud ꝑm quod differūt pater ⁊ filius a spiritu sancto est illud ꝑm ꝙ vniūtur ꝓout spirant spiritū sanctum. dicendus ꝙ non est verum. Nam ꝑm ꝙ producēs producit non est id in quo differt a ꝓducto. Sed in quo producto assimilat. ideo ratio petebat ꝙ est in contrario. illud contra concedatur.

Qz. t Ertio queritur. vtrum virtus spiratiua dicat quid vel ad aliquid. ⁊ videt ꝙ dicat ad aliquid. quia si diceret quid absolutuz cuz ex absoluto producatur absolutū. tunc productū per virtutē spiratiuā esset quid absolutuz. Sed quelz ꝑsona in diuinis dicit quid relatuz. ꝯ tē.

Preterea ꝑm absoluta non est distinctio vt vult aug. v. de trini. ca. viij. si ergo potentia spratiua di-

cit quid absolutū tūc spiritus sanctus posset spirare quod falsuz est. Preterea quod est absolutum est essentiale. quia omnia absoluta transeunt in substantiam ſm aug. 6 quod est essētiale competit essentie. igitur ipsa essentia spiraret quod est inconueniēs.

Preterea potentia spirandi dicitur per comparationez ad actū spirandi. sed spirare est in genere relationis. ergo 7 potētia spirandi cum in eodez genere sit potentia cum actu quem respicit. Jn contrariū est quia potentia non est in predicamēto relationis sed est in predicamēto q̄litatis. sed cum talia transferuntur ad diuina dicunt diuinā substātiam. ergo 7c. Preterea idem iudicium est de potentia spirandi 7 de potentia generandi. sed potentia generandi dicit quid absolutum vt habituz est. ergo 7 potentia spirandi. Respondeo dicendum q̄ sicut tactum est: ſm q̄ loquimur de potentia generandi prout dicit quid vel ad aliq̄d: loqui debemus de potentia spirandi. Jdeo per aliam viam declarabimus quid dicit potētia generādi q̄z fuerit superius declaratuz. 7 ex hoc apparebit quid dicit potentia spiratiua. Propter q̄ notandū quoldā dixisse potentiam generādi dicere mediū inter absolutū 7 relationē. volunt enim q̄ essentia diuina prout est eadē paternitati sit potentia generandi. propter qō nec dicit pure absolutū ratione idemptitatis ad relationem nec purā relationē propter implicationē absoluti. ideo dicit mediuz inter vtrūq̄: 7 sicut potentia generandi est diuina essentia vt est eadē paternitati. ita potētia spirādi est diuina essentia vt est eadē notioni cōmuni: 7 dicit quid mediū talis potētia vt potentia generādi. Sed istud tripliciter deficit. primo quia nihil est mediū inter absolutū 7 respectiuum. quia diuersoꝝ generū 7 nō subalternatim positoruz diuerse sunt species 7 differētie. propter q̄ cum relatio 7 substātia sint diuersa predicamenta etiam prout sūt in diuinis: nō subalternatim posita. vt pz p boecium in suo libello de trini. 7 p aug. in pluribus locis: nihil est mediū inter ipsa: 7 qō est in vno predicamēto non erit in alio. scōo p tradictionē implicant. quia essentia prout est eadē paternitati est ipsa paternitas que simplr relationē importat. 7 qz idem est iudiciū de aliquo quod est idem alicui. put est idem illi. 7 de illo eodem. si paternitas nō est potentia generādi: nec essentia erit talis potētia vt est eadem paternitati. tertio dicunt esse virtutem productiuam in quo productū a producente distinguit: cū magis sit huiusmōi idē in quo productū. pducenti est simile: ideo isti idē sic dicentes cozrigētes positionem dixerunt q̄ potētia generatiua est illud in quo genitū gignēti assimilatur: 7 quia fili⁹ patri est similis in natura: potētia generatiua i patre est naturā. verum quia rationes hoc improbantes absq̄ additione alterius dicti saluare nō poterant. quia cuz in qualibet psona sit natura. persona quelz generaret. ideo addiderūt q̄ potētia generādi relationē significabat: quod ex ipa denoiatione apparet: non tamē in recto sz in obliquo q̄ ex ipso nomine inotescit quia dicitur potentia generandi. Jn hac rñsione est aliquid benedictū 7 aliquid male. Nam q̄ potentia generādi sit illud in quo gignens genito assimilatur indubitanter est verū. Sed q̄ talis potētia significet huiusmōi relationē q̄ est generare vel in recto vel i obliquo nō est verū: vt patebit. ió vt huiꝰ qōnis pateat veritas duo sunt declarāda. primo q̄ nō oē illud sine quo potētia generatiua existens in aliquo nō pōt in actū gnationis exire. ad huiusmodi potentiam pertinet. ex quo apparebit q̄ licet suppositū habēs in se potētiā generādi generare nō possit nisi illa potentia sit cōiuncta in eo respectu debito. nō tamen propter hoc ille respectus ad generādi potētiam. primuz scōo declarabitur q̄ nō omne quod denoiat aliquid significatur p id quod denominat ex quo manifestum erit q̄ licet generare quod relationez dicit denominet potētiam generandi. nō oportet talem potentiā generādi huiusmōi relationē dicere vel significare.

Propter primum aduertendū q̄ 3z idem sit ignis qui calefacit 7 ignit: 7 generat calidū 7 ignem: non per eandē virtutē pse loquēdo 7 directe inducit calorem 7 formam ignis in materia extrinseca. Sed p calorē generat calidū. 7 p materiā suā generat ignē quia calidū ſm q̄ calidū ei redditur simile in calore 7 ſm q̄ ignis ei cōformatur in natura: 7 quia potētia productiua est illud in quo simila' producēti productum: vt innuit dam⁹ p moli. ca. viij. potentia calefaciendi in igne est calor. 7 generādi est natura. Sz cum ignis ignē nō generet nisi calefaciendo natura ignis que est potētia generatiua in igne nunq̄ exibit in actum generationis nisi sit cōiuncta calori. non tñ propter hoc quia requiritur talis vnio ad hoc accidens quod est calor: dicim⁹ potentiaz generatiuam ignis esse accidēs vel mediū inter' substantiā 7 accidens. sed solū substantiā vt naturā ignis. loquendo de potētia vt hic loquimur. vnde si in aliquo esset natura ignis' absq̄ calore in eo cēt generatiua potentia absq̄ hoc q̄ generaret: 7 sicut natura ignis nō erit in generationis actum nisi sit cōiuncta calori. sic natura diuina nō dat suppositio in quo est q̄ generet nisi sit cōiuncta debito respectui nō tamē propter hoc cōcedere debemus huiusmōi potentiā relationē significare: nec q̄d mediū inter absolutū 7 relatiuū sz simpliciter absolutū: sicut potētia generatiua ignis simpliciter significabat substantiā. ex quo apparet quod q̄uis sit in omnibus potētia generādi quia in omnibus est natura. nō tamen ois persona generat q̄z nō in omni persona est cōiuncta debito respectui bene igitur dicit magister di. viij^a. q̄ pater nō est potens gignere nisi natura. 7 q̄z ſi ibi distinctiōe viij. requiritur vnio ad respectuz: sola natura q̄ est q̄d simpliciter absolutū est potētia generādi. Quod aūt nō quiecq̄ denominat: aliquid significatur p illud qō secūdo ꝓponebatur declarādum. patet quia ꝓprietates denomināt substātiam vt lapis dicit' a lesiōe pedis. tamē q̄z lapis significat diffinitionez lapidis in qua non ponit' ꝓpriet⁹: cū nō sit p additamenta nō oportet in cōceptione lapidis ꝓprietatē que denominat lapidez includi: 7 quia nomen significat mentis conceptū nō oportet ꝓprie loquendo. omne quod denominat aliquid per nomē significari. significant enim nomina substabtiarū substātias. 7 sic ab accidētibus denominatur q̄ si queratur vnde h̄ habet cōtingere. dicēdum q̄ res verius intelligūtur q̄ dicātur. igitur licet potentia generandi a generare denominatur nō tamē generare vel relationē aliq̄ ſm eē significat. sz simpliciter absolutū. Propter argūmēta tamen notandū q̄ licet simpliciter absolutū relationē 3z esse nō dicat nec sit in predicamēto relationis. potest tamē ei cōpetere aliquis respectus sicut forme substātiali. licet non sit qualitas competit aliquis modus qualis 7 scientie licet non sit relatio sed qualitas competit aliquis modus relatiōis. ita nature diuine que est potentia generādi competit aliquis modus respectiuꝰ licet dicat simpliciter quid absolutū apparet igitur q̄ si significare sumat ꝓprie: potētia generandi nullo modo significat relationē ſm esse. Hoc vlo apparet q̄d dicat potētia

spirãdi. nam sicut filiꝰ procedit per modum nature ita spiritus sanctꝰ procedit per modum voluntatis propter quod sicut natura in patre est potẽtia generandi. ita voluntas in patre ⁊ filio est potentia spirandi ⁊ licet natura sit eadem in filio que est in patre: tamen quia nõ est cõiuncta illi respectui prout est in filio: eni est cõiuncta prout est in patre. cõcedimus patrem generare: nõ filiũ. ita licet voluntas sit eadem in spiritu sancto que est in patre ⁊ filio: tamẽ quia prout est in patre ⁊ filio: est cõiuncta respectui cui non est cõiuncta prout est in spiritu sancto concedimus patrem ⁊ filiũ spirare: non tamen spiritum scũ: nõ tñ ꝓpter vnionẽ quã habet potẽtia spirativa ad huiusmõi relativũ debemꝰ cõcedere ipam relationem significare mediũ inter absolutum ⁊ respectivum. Sed simpliciter absolutũ ly ei cõperat aliquis modꝰ respectiꝰ sicut cõpetebat generatiue potẽtie Dicit ergo potentia spirativa, simpliciter ꝺ̃ absoluntuꝫ ex quo q̃stionis proposite veritas declaratur.

Ad primũ ergo dicendũ ꝙ ex absoluto producitur absolutũ quãdo absoluto cõpetit ꝓducere. Sed potẽtia spirativa ita est ratio producẽdi ꝙ nõ ꝓducit.

Ad secundũ dicendũ ꝙ potẽtia spirativa est etiam in spũ sancto nõ tamen propter hoc spũs sanctꝰ spirare põt vel spirat: quia nõ est in eo cõiuncta respectui cui est cõiuncta prout est in patre ⁊ filio.

Ad tertiũ dicendũ ꝙ ẽẽntiale põt aliquid dici: dupl'r vl quia essentie competit illud: vel quia essentia est ratio illiꝰ. posse autez spirare dicit essentiale non quia essentie competat spirare. Sed quia essentia est ratio spirandi: eo modo quo dixim9 sub ratione qua voluntas.

Ad quartũ dicendũ ꝙ generare nõ simpliciter dicit actũ in diuinis. sed relationẽ: ideo nõ valet ratio quia supponebat falsum: vel dicendus ꝙ ly filiꝰ potẽtie cuius est actus. nõ tñ oportet. i eodẽ genere esse actũ cũ potẽtia. Mã potẽtia est i genere qualitatis ⁊ in creaturis actꝰ est in genere actõis.

Qõ vij. q Uarto queritur vtrum pater ⁊ filius sint plures spiratores ⁊ videt ꝙ nõ. quia ꝺm aug. v. de trinl. ca. xiij. Sicut pater ⁊ filiꝰ ⁊ spũs ſcũs referunt ad creaturã sic pater ⁊ filius referunt ad spũm scm. Sed tota trinitas respectu creature dicit vnus creator vt idez ibidẽ ait: ergo pr ⁊ filiꝰ respectu spũs. ſ. sunt vnꝰ spirator. Preterea quia indiuisa sũt opa trinitatis ⁊ cadẽ est actio omnũ personarũ respectu creaturarũ: nõ dicũtur tres psone tres actores. sed vnꝰ actor ergo respectu spũs. ſ. nõ dicẽtur pater ⁊ filius duo spiratores: sed vnus spirator. Preterea pater dicitur principiuꝫ spiritꝰ. ſ. ex eo ꝙ spirator eius ⁊ filius. sic etiam principiũ dicitur. si ergo essẽt duo spiratores essent duo principia. sed nõ sunt duo principia. vt dicit aug. v. de trini. ca. xiij. ergo ⁊c. In cõtrariuꝫ est quia verbũ plurificatur ꝺm pluralitatẽ suppositorum. nam pater ⁊ filius spirãt nõ spirat. Sed spirator est nomen verbale. sicut ergo posumus concedere ꝙ spirant. ita debemus cõcedere ꝙ sint spiratores. Preterea plures spirãtes sunt plures spiratores. sed pater ⁊ filius ſ t plures spirãtes ergo sunt plures spiratores. Rño dicendũ ꝙ de hoc sũt diuerse sentẽtie: imo in hac questione idez sibiipsis cõtradicunt. nam cũm prius dixissent patrẽ ⁊ filiũ esse plures spiratores postea dixerũt esse melius dictuꝫ quod pater ⁊ filius sunt vnus spirator. Quid de hoc tenendũ sit aduertendũ ꝙ tota causa q̃re nos dubitamus cõcedere patrẽ ⁊ filiũ esse plures spiratores est. quia sicut vna est potẽtia spirãdi in patre ⁊ filio ita est vna potẽtia creãdi in tribus personis Sed propter vnitatẽ potẽtia creãdi sicut tactũ fuit in arguendo dicebantur omnes tres ꝑsone vnus creator: ergo propter vnitatẽ potẽtie spirandi pater ⁊ filius sunt vnus spirator. Ideo notãdũ ꝙ sicut tres ꝑsone nõ creant in eo ꝙ plures. Sed in eo ꝙ vniunt in alio absoluto vt puta in diuinitate. ita pater ⁊ filius nõ spirãt in eo ꝙ plures sed in eo ꝙ vniunt in alio quo absoluto: vnde ansel. de processi. spirit. ſ. vult ꝙ pater ⁊ filius nõ differant in vnitate deitatis ⁊ ꝙ de deitate patris ⁊ filij spũs. ſ. procedit. ergo deitas eadem ꝺm rem differẽs forte ꝺm rationẽ vnit tres personas in creando. ⁊ patrẽ ⁊ filium i spirãdo aliter tamen ⁊ aliter. nam prout pater ⁊ filius creant sunt vnũ in deitate. ita tamẽ ꝙ ipsa deitas creat. ſz prout spirãt nõ sunt vnũ in deitate ꝙ ipsa deitas spiret. ⁊ quia deitas in qua vniũtur vt creãt creare dicitur: nõ possunt dici plures creatores ratione vnitatis essentie cui cõpetit creare. poterunt autẽ dici plures spiratores cũ illud ꝺm ꝙ vniũtur in spirando spirare nõ dicatur. patet ergo ꝙ quia tres persone quia creant in eo ꝙ vnũ. ita ꝙ illud vnũ vt puta potẽtia creandi vel deitas mereturnomen creatoris dicuntur vnus creator quia tamẽ illud ꝺm quod vniũtur i spirãdo vt puta volũtas vel deitas non meretꝝ nomen spiratoris: nõ dicũtur vnus spirator. Ad primũ dicendũ ꝙ illud sicut nõ est per omnẽ modum sicut: quia pater ⁊ filius ꝓut spirãt vniunt in aliquo cui nõ competit spirare ideo nõ sunt vnus spirator. Sed illud in quo vniũtur vt creant. creare dicitur. ideo sunt vnus creator. Ad scm dicendus ꝙ licet sit vna actio triũ personarum in creando ⁊ patris ⁊ filij in spirãdo dicitur tñ tota trinitas vnꝰ creator non tamẽ pater ⁊ filius vnus spirator propter rationem tactam. Ad tertiũ dicendũ ꝙ si essent plura principia pater ⁊ filius sequereꝝ ꝙ in eis essent plures virtutes spirative. sed ad hoc ꝙ dicãtur plures spiratores sufficit ꝙ illud ꝺm ꝙ vniunt nõ dicaꝝ spirare. propter quod ipi possint dici vnus spirator.

Argumẽta incontrariũ ⁊ si verũ concludũt incedunt tamen in competenti medio. Non enim valet si plures sunt qui spirant vel plures spirãtes quod plures sint spiratores. nam plures sunt qui creant ⁊ plures creãtes nõ tñ plures sunt creatores. Causa autẽ buiꝰ est quia participium ⁊ verbuꝫ magis directe respicit pluralitatẽ suppositorũ ꝙ nomen verbale ⁊ ideo si plures sunt qui creant vel creãtes ꝓpter pluralitatẽ suppositorũ sunt tamen vnus creator propter vnitatẽ essentie cui creare cõpetit nõ tamen sunt vnus spirator propter rationẽ tactaꝫ. bñ igitur dicit bylarius ꝙ spũs scũs procedit a patre ⁊ filio auctoribus ex quo habetur ꝙ spiratores ipsius dici possunt.

ſ Uper litteram: ꝙ illud misit deus spiritum filij sui vult habere magister' ꝙ spũs scũs procedat a filio. quia dicitur spũs filij contra dam. i. li. ca. xi. cõcedit spiritũ sanctũ esse spiritũ filij nõ tamen cõcedit ipsum, esse ex filio: dicendũ ꝙ ibi filij cum sit casus genitivi construitur in aliqua habitudine. ſz illa habitudo non potest esse nisi originis ⁊ ideo magister bñ ꝓcludit. quod dicit de dam. dicẽdum ꝙ vel verbũ vidit consequentiaz illam vel nõ intẽdit negare spiritum non procedere a filio. sed ꝙ nõ procedit ab eo principaliter. Item sup illud quẽ ego mitto vobis vult habere magister ꝙ spiritus sanctꝰ procedat a filio quia mittitur a filio: contra illa missio est tẽporalis. hic nos loquimur de eterna: dicẽdum ꝙ missio temporalis ꝓprie sumpta eternam includit.

Tem queritꝝ. postꝙ determinauit magr supꝝ de processione spũs. ſ. ꝺm ꝙ ẽex pre ⁊ filioꝫ det

minat de ea ꝑm q̃ ipe ꝓcedit equaliter ab' vtroq; ⁊ duo facit: nam equalitas impedit̃ ꝑ ꝓzioritatem ⁊ posterioritatem. secũdo impedit̃ per magis ⁊ minus. primo ergo ostẽdit spiritũ sanctũ procedere equaliter ex patre ⁊ filio. quia nõ ꝓius procedit a patre q̃ a filio. secũdo quia nõ magis ibi (nũc tractandũ) circa primũ duo facit q̃ primo adducit obiectionẽ hereticoꝝ q̃ pr̃i⁹ ꝓcedat a p̃re: q̃ vel ꝓcedit nato filio vel nõ nato. nõ est dicendũ q̃ nõ nato: quia tũc esset ꝓioz filio. ergo ꝓcedit nato: si sit pr̃i⁹ procedit a patre filius q̃ spũs. ſ. Secõ soluit q̃ buius obiectiones accidũt ex falsa imaginatiõe. quia nõ sunt ibi internalla temporuꝫ vt isti ymaginãtur. secõa ibi (hꝫ ⁊ huius) deinde cũ dicit. (nunc tractandum) monet aliã questionẽ ⁊ soluit ⁊ duo facit quia primo querit vtrũ spũs scũs magis vel pleni⁹ procedat a patre q̃ a filio: ⁊ soluit q̃ nõ: secũdo ostẽdit dicta sanctoꝝ que videtur huic sentẽtie cõtrariari non esse cõtraria ibi (aug. tñ.) circa quod tria facit ꝑm q̃ tria dicta sunt a sanctis q̃ huic videntur cõtrariari sentẽtie. nam aug. ait. q̃ spũs ſ. procedit a patre principaliter. hieronym⁹ q̃ procedit ꝓprie hylarius autẽ q̃ procedit a patre per filiuꝫ ex quib⁹ omnibus videt̃ spũm sanctũ magis vel plenius a patre ꝓcedere q̃ a filio primo ergo oñdit verba. aug. suis dictis nõ esse cõtraria: secõo oñdit hꝫ de hieronymo ibi (ex eodeꝫ sensu) tertio de hylario ibi. (forte etiaꝫ) circa primũ tria facit: quia primo premittit aug. sentẽtiam q̃ spũs sanctus procedit a patre ꝑncipaliter. secõo hꝫ exponit q̃ dicta eiusdẽ aug. dicens hoc dictũ esse quia in patre est auctoritas quia non accepit ab alio q̃ ab eo procedit spiritus. ſ. nõ q̃ dictum est quia plenius procedat ab ipo q̃ a filio. tertio cõcludit veritatẽ esse q̃ expositum est. secõa ibi. (Sed ne de hꝫ) tertio ibi (ecce exposuit) Tunc sequitur illa pars (ex eodẽ) ⁊ duo facit q̃ primo ostendit hieronymũ dicere spiritũ sanctũ a patre ꝓcedere ꝓprie. secundo exponit dando eundem sensum verbis hieronymi q̃ dederat sentẽtie augustini ibi (ecce apte) Deinde cũ dicit (forte) exponit verba hylarij: ⁊ tria facit: quia primo ostendit hylariũ diriſſe spũm. ſ. esse ⁊ micti a patre per filiũ. secõo reducit verba hylarij ad illũ sensũ ad quẽ reduxit verba hieronymi ⁊ augustini oñdẽs hꝫ dictũ esse ꝓpter auctoritatẽ que est in patre. quia ipse non habet ab alio: sed filius habet ab alio. tertio ostẽdit q̃ ꝓpter huius auctoritatẽ filius dixit spũm. ſ. cũ ꝓcedere a patre. ⁊ non dixit eum procedere ab ipo: sicut dicit doctrinã suã non esse suam quia a patre acceperat. secũda ibi ecce dicit. tertio ibi (inde est etiã) in quo terminetur sentẽtia lectiõis ⁊ distinctionis.

Circa ꝓmũ querũtur duo. ꝓmo vtrũ generatio filij sit ꝓioz processione spũs. ſ. Secõo vtrũ spũs scũs prius ꝓcedat a patre q̃ a filio.

Questio I

Ad quartū dicendū q̄ ipsa substātia diuina est caritas diuina: nō tm̄ ppter hoc tollitur q̄ ipse habit⁹ dilectionis non mereatur nomen caritatis: ⁊ p hoc patet solutio ad quintū: qz spūs. s. dicitur caritas qua diffusa in cordib⁹ nr̄is: tota nos inhabitat trinitas. nihilominus tm̄ p̄ter hāc caritatē increatā est in nobis caritatis habit⁹ creatus. Ad sextum dicendū q̄ cōcessa opinione magistri restat eadez difficultas. Nam cū ipse posuerit actū dilectionis q caritas creata dici pōt: cū spūs. s. sit maī⁹ donū q̄s talis actus: qui etiā caritas ⁊ donū dei dici pōt: aliquod donum erit maius caritate. ⁊ iō dicere possum⁹ q̄ nō ois caritas hz rationē maximi doni simplr ⁊ absolute sed caritas increata. ex verbis ergo Aug. habet q̄ sit dare caritatē increatā: sed nō arguit q̄ nō sit dare creatum habitū caritatis. Ad p̄imū in contrariū. dicēdum si volum⁹ sustinere magistrū q̄ est dare amorē finitū ⁊ creatū: qz actū caritatis nō habitū. Ad dicēdum q̄ hz ipse spūs. s. sit amor infinit⁹: vt in nobis existit ⁊ a nobis habeat nō habeat mō infinito sed finito.

Ad scōm dicendū q̄ inest nobis aliquid p q̄ deo p̄formamur: qz habit⁹ gr̄e: vel etiā actus dilectiōis qz eo q̄ actu diligim⁹ aliquo mō deo cōformamur.

Ostca q̄ritur. Utrū caritas habeat rōnem p substātie: ⁊ qz si nō est sba: hoc est qz est aliquid inherens nobis: cū omne inherens

recipiat mensurā suaz er proprio subiecto. ideo duo q̄remus. ¶Primo vtrū charitas sit substantia.
Secundo de mensura eius.

4 ¶Primuz sic ꝓceditur. videt ꝙ charitas sit substātia: qz species cōdiuise ad inuicez sunt in eodē genere. Sed cū charitas cōdiuidatur fidei cū fides sit substātia. iurta illud ad heb. xi. fides est substātia rerū sperandarū. ergo z charitas sba erit. ¶Preterea. oē accidens videtur oriri er p̄ncipijs subiecti. iurta illud pbi in p̄mo phi. materia subiecta cū forma est cā oium accidentiū q̄ fiunt in ea. sed charitas nō oriē er p̄ncipijs aie. ergo z̄c. ¶Preterea. nullus accidēs extendit se extra suū subiectū: sed charitas semp tendit in alind ſm Greg. ergo nō est accidēs. ¶Incontrariū est: qz qō suscipit magis z min⁹ bz rōnem accedentis: sed charitas suscipit magis z min⁹: vt patebit ergo z̄c.

¶Preterea. qō pōt esse z abesse est accidēs: sz charitas est huiusmōi. iurta illud apoc. ij. charitatē tuaz reliqsti. memor esto itaqz vñ excideris. Ulterius dato ꝙ sit accidēs q̄rit in quo p̄dicamento quātitatis: qz p̄prium est quātitati ſm eam equale z inequale dici. ergo mai⁹ z minus q̄ inequalitatē importāt nō dicūtur nisi ore reb⁹ quantis. Sed dicitur p̄ma ad Cozin. xiij. nunc aūt manent tria hec: fides spes charitas. maior aūt borum est charitas: sed si maioritas dicit de quātitate. ergo est quid quantū. ¶Incontrariū est: qz cuz sit virtus z virtus sit bona q̄litas mētis erit in predicamēto qualitatis. ¶Preterea. ois q̄ntitas vel est cōtinua vel discreta: charitas nec est qd continuum nec qd discretuz. ergo z̄c. ¶Rādeo dicendū q̄ si vellemus sustinere positionē magistri. cū ſm eum charitas sit ipe deus. nec aliā causaz posuerit nisi motū mētis vel dilectionis actū. charitas nec est substantia nec est accidens qz neutrū istoz ꝓprie de deo dicitur. Non est eni deus accidēs: qz nulli ineſt nec ab aliquo dependet. ꝓpter qō nō solū nō est accidens. sz etiā nec aliqd p accidēs secum cōpatitur. iurta illud Aug. v. de tri. c. vi. In deo aūt nihil qdem ſm accidens dicit: nō est substantia: qz nulli subſtat. vñ. iii. de tri. ca. xj. scribit ꝙ deus melius dicit essentia q̄z substātia. z vij ca. v. dicit ꝙ deus nō dicit substātia sed essentia: qz nō subsistit bonitati sue vel etiā alijs attributis. sed ponēdo habitū charitatis in aīa: tunc charitas accidens quoddā est. Quod quidā sic declarant: qz quicqd aduenit alicui post esse cōpletuz vt forma inherēs z nō recipit in vnitatē ypostasis eius. est accidēs: z qz huiusmōi est charitas: ipsa est accidēs. ꝓpter p̄mū remouet a natura accidētis: forma sbalis q̄ nō aduenit rei post esse cōpletum. ꝓpter ſm remouet a natura ipsius vestimentū: z talia que sz aduenīāt rei post esse cōpletum nō tū adueniunt vt forma inherēs. Sed vt aliqd corpori applicatū: ꝓpter tertiū remouet būana natura in verbo q̄ fuit recepta in vnitatē ypostasis verbi. Illud z si est verū. est tū dictū nō rōne firmatū. Et iō dicē dum ꝙ vt habitū est nulla creatura est sua virtus cū quodlibet creatū agat in virtute alteri⁹. z sit magnū vel virtuosum: eo qō magnitudine vel virtute participat. vñ de solo deo concludit Aug. v. de tri. ca. x. ꝙ est magn⁹ z virtuosus seipso. In q̄libet ergo creatura virtus vel illud qō est ꝓ immediatū p̄ncipiuz actionis nō est ipsa substātia creature: sed aliqd substantie supadditū. Nam agere ꝓsupponit esse z modus agendi moduz essendi. omne ergo qō bz esse p aliqd substātie supadditum: z nō est suū esse agit per aliqd substātie adiunctū z nō est sua virtus: z qz charitas siue charitatis habit⁹ virus quedā est: z est immediatū p̄ncipiū actionis: qz immediate dilectio gratuita ab ipso ꝓgreditur. accidēs quodā erit: imo tantomagis arguere possum⁹ caritatē esse accidēs q̄z potentiā aie vtputa q̄z voluntatem quātomagis est immediata ratio bone actionis habit⁹ virtuosi q̄z potētia. cum talis actus egrediat a potētia p habitū informata. Tamē ꝓpter argumenta q̄ fieri possent notandū ꝙ ſm plm. v. methafi. sba dicitur. v. modis. vno mō sumitur p elementis z p hiis q̄ ex elemētis sunt: z sic accipit pro substantia cōposita. alio modo accipit p illo qō dat esse: z sic accipitur p forma. tertio mō accipitur p materia. z isto triplici modo accipitur sba ſm vsitatū modū. vñ z pbs in secundo de aīa. in. xij. methafi. z i multis locis diuidit substantiā tripliciter in materiā formā z cōpositum. huic eni ſnie allidunt verba boetij q distinguit substantiam in vsyam. vsyosin z ypostasin vt vsya referatur ad sbam compositā. vsyosis ad formā ypostasis ad materiā z sic accipiēdo sbam charitas non est substātia. Sed quarto modo dicit substantia alicuius. omne illud quo destructo destruitur aliud. z sic dicim⁹ ꝙ superficies est substātia corporis: quia destructa superficie nō remanet corpus. z ſm istam viā p quādā metaphoraz dicere possum⁹ ꝙ charitas sit substātia nra: qz ꝺstructa caritate nos nō remanem⁹. iurta illud apli. i. ad Cozin. xiij. si habuero omnez fidem ita vt mōtes transferā charitatē aūt nō habeā nihil sum. quinto mō accipit substātia p oī eo qō bz essentiā z sic solum ꝓpationes nō sunt substātie: quia nō habēt quidditatē: sed annitatem. qz non possunt respōderi ad qd sint: sz ad an sint. z ſm istū modum charitas est substātia: qz nō est ꝓpatio ¶Ad primū dicendū ꝙ fides dicit substātia duplr. vno mō quia est fundamentū alioz z alijs substat: qz accedentē ad deum oportet credere: qz est. alio mō pōt exponi substantia p essentia z quocūqz mō accipiat fides: nō est in predicamēto substātie vt substātia dicit p̄dicamentum distinctū ab alijs. z ita nō habet intētum.

¶Ad scōm dicendū ſm quosdā ꝙ non oē accidens oriē er p̄ncipiis subiecti. imo quedā sūt accidētia violēter inducta: vt calor in aqua. Rursum aliqua accedētia sunt q̄ solū sunt ab agente extra: vt illuminatio in aere. sed illud nō est būdictum: qz nullū accidens realr existit in corpore qō nō educat de potentia materie. qz ſm Cōmē. xij. methafisice. corp⁹ calidum agens in aliud corp⁹ nō immittit calorē ab ex sed facit calidū in potētia. calidū in actu. illumiatio autē aeris bz esse intētionale in ipso. z iō dicendū ꝙ aliqua accidētia dicūtur acqsita. aliqua infusa. aliq̄ de potētia materie educta. Non eni dicit ꝙ oia accidentia q̄ sunt in aliquo oriātur er p̄ncipiis ei⁹. sz materia subiecta cū forma est cā oium accidentiū que fiunt in ea: ꝓpter ꝙ ex ipso mō loquēdi habet ꝙ loquitur de accidentib⁹ de potētia materie eductis. Sed de charitate cū sit accidēs a deo infusum nō bz locuz ꝙ dicit. vel dicendū ꝙ eo ipo ꝙ subiectū subsistit accidēti. est aliquo modo cā ei⁹ ꝓpter ꝙ aīa est in aliquo genere cause cā charitatis: qz in genere cause materialis bz er p̄ncipijs eius nō oriat. ¶Ad tertiū dicendū ꝙ accidēs nō extēdit se extra subiectū suū in aliud vt in subiectuz. tū extēdit se in aliud vt in obiectum sicut videm⁹ calidū p calorē aliud calefacere isto mō se extēdit charitas: qz habens charitatē p eā aliuz diligit. ¶Ad illud aūt ꝙ vlteri⁹ q̄ritur in quo p̄dicamento sit charitas. dicēdum ꝙ charitas sicut q̄libet virt⁹ bz duplicē cōparationē. vnam respectu subiecti in quo est. alia respectu obiecti in qd tēdit. respectu subiecti bz rōnem qualis. respectu obiecti induit rōnem quāti. vñ dicim⁹. ꝙ tāta virt⁹ in tātū

obiectū ⁊ ex eo q̄ sic hz aliquo mō rōnem quāti. cōpetit ei magis ⁊ min⁹. tñ qz ẽtitas de huismōi ⁊ de alijs nō dicitur eodē mō nō est cōcedendū talia esse in p̄dicamēto ẽtitatis: sed simplr sunt in p̄dicamē to qualitatis hoc aūt sic declaratur: qz in p̄dicamen to nō sunt nisi talia q̄ sunt p̄m esse. iō nō sunt in p̄di camēto relationis nisi q̄ sunt relatiua p̄m esse. quib⁹ autē cōpetit aliqs modus respectiuus p̄m veritatē esse possunt in alijs p̄dicamentis. vñ scia p̄m rei ve ritatem est q̄litas nō obstāteq̄ referatur ad scibile ⁊ sicut q̄ nō sunt in p̄dicamēto relationis induūt quē dam modū respectiuū. ita q̄ nō sunt in p̄dicamēto q̄ litatis induūt quendā modū qualē. vñ forma substā tialis q̄ p̄m rei veritatē est in p̄dicamento sbe. induit tñ quendā modū qualē: ppter q̄ differētia substātie quale qd dicitur: vt ait pbs. v. mathafice cap̄o. de q̄ litate ⁊ sicut est in relatione ⁊ q̄litate sic est in quan titate. Nam ea q̄ sunt in alijs p̄dicamentis a p̄dica mēto quāti. possunt induere quēdā ẽtitatis modū ppter q̄ de eis equale ⁊ inequale dici pōt. ppter hoc dicendū q̄ charitas cū sit virt⁹ vere ⁊ ppie est in p̄ dicamēto qualitatis induit tñ quendā modū quāti. sicut scia induit modū respectiuū. ⁊ differentia sbe: modū qualē. Ad id aūt q̄ obicitur. q̄ proprius est quātitati p̄m eam equale ⁊ inequale dici. dicendū q̄ sicut p̄mo ⁊ p se cōpetit caliditas igni nō tñ qcquid ē calidū est ignis. Sed vel est ignis vel ignis nām pti cipat. ita equale ⁊ inequale p se ⁊ p̄mo repitur in ẽti tate nō tñ qcquid est equale vel inequale est directe in p̄dicamento ẽtitatis. Sed vel est in p̄dicamēto ẽtitatis vel induit aliquē modū ẽti. ppter q̄ cha ritas pōt dici maior alijs: nō qz sit in p̄dicamēto ẽti tatis. Sed qz competit ei aliquis modus ,quan ti vt patuit.'

ſ Ecūdo q̄ritur de mēsura charitatis. vtrū infundat vel mensurā recipiat p̄m maio ra vel melioza nālia. ⁊ videt q̄ sic: qz q̄li bet forma de se est indiuisa ⁊ de se nō susci pit magis ⁊ minus nisi rōne subiecti in quo est: vñ nō dicit vna albedo magis albedo ẽ alia. Sz vnū albū dicit alio magis albū. cum ergo gr̄a ⁊ charitas sint in naturalib⁹ tanq̄ in subiecto p̄m melioza natu ralia amplior infunderet charitas. Preterea. de⁹ sic agit p̄m q̄ res sunt apte nate agi. sed p̄m melioza nālia hz aliquis aptitudinē ad maiorē charitatē vel gr̄am. ergo ꝛc. Preterea. angeli q̄ sūt sapiorꝭ or dinis hūt ampliorē gr̄am ẽ alij. eo q̄ hūt ampliorez gl̄iam. Sed eo ipso q̄ sunt sapiores sunt subtiliores in natura. ergo angelis p̄m melioza nālia fuit tribu ta gr̄a amplior ⁊ amplior charitas. Sed p̄m eandē rōnem videt inueniri charitas in hoibus ⁊ angelis cū in eundē finē ordinent. ergo hoibus p̄m melioza naturalia datur amplior charitas vel gr̄a. Preterea. sicut glozia p̄supponit gr̄am. sic gr̄a p̄supponit na turam: sed p̄m ampliorē gr̄am datur amplior gl̄ia. er go p̄m melioza naturalia daf amplior gr̄a. Sed cui datur amplior gr̄a datur amplior charitas. ergo mo dus caritatis infuse segtur modū ⁊ mensurā nāliuꝫ.

Incontrariū est: qz videm⁹ quosdā meliozis ige nij alijs ⁊ meliozis pplexionis deteriores esse illis.

Preterea hoies assumētur ad gl̄iam angelorū sz p̄m naturā glibet angelus p̄cellit hoiem eo q̄ a'a hūana tenet infimū gradū in genere intelligentiaꝝ. sed hoc non esset si mēsuraretur gr̄a vel charitas p̄m mensurā naturaliū ergo ꝛc. Rñdeo dicendum q̄ p̄m pbm in p̄ncipio Ethi. bene enunciauerūt pbi di centes: bonū est qđ oīa appetūt. ⁊ quarto de di. no. scribitur q̄ nullus aspiciēs ad malū agit qđ agit: ⁊ qz tendere in bonū est cōmune oī appetitui cū illud si naturale q̄ est idem apud omnes per se loquēdo ẽ to aliquid habet meliorē naturā magis tendit in bo num: ⁊ est capacius in suscipiendo bonitatē. q̄ si sic dicimus p̄m melioza naturalia sequi videtur q̄ ho mo suscipiat maiorē gratiam: Sed q̄ non ita se ha beat dupliciter impeditur. Nam cum ex naturali appetitu arguamus habens melioza naturalia ten dere in maius bonū. Si p̄positio veritatē habere debet: oportet illud bonū nō excedere facultatez na ture. ⁊ q̄ tendens in ipsum naturaliter tēdat. ⁊ quia gratia est bonū excedens nature facultatē non semp p̄m melioza naturalia datur amplior gratia. sed ali quando p̄m voluntatē ⁊ p̄ordinationē infundētis gratiaꝫ efficitur in aliquo maior ⁊ minor capacitas ad gratiam capiendum. Rursum: quia nō omnes qui tendunt in bonū: tendūt in ip̄m naturaliter cum aliqui vitiose viuāt ⁊ vitium sit cōtra naturā. iuxta illud Aug. iij. de libero arbitrio. ideo vitiū est: quia contra naturā est p̄m melioza naturalia nō oportet aliquos adipisci maiorē gratiam. ppter p̄ma non oportet quēlibet angelum omnē hominem p̄m gra tiam superare. licet quelibet natura angeli: natura cuiuslibet hois p se loquēdo sit potior. Propter hm nō est necessariū hoies meliozis ꝓplexiōis ⁊ ercelle tioris ingenij habere ampliorē gr̄am aliis. eo q̄ vitā pecudū eligētes nō sequūtur bonū p̄m rōnem: vt tñ appareat p̄m qđ hoibus infunditur ampplior gr̄a. notandū q̄ hz per se semp aliqs tendat in bonū: tñ qz p̄m pbm nō refert qđ appetitur esse bonū vel appa rens bonū p accidens impeditur. ne aliqs in id qđ est vere bonū feratur. illud aūt p accidēs ex hoc ptin git: qz hūs cognitionē sensitiuā nō semp fertur in bo num p̄m rōnem. Sed aliqñ ferē in bonū p̄m sensz Sed p̄m pbm. vij. methafisice bonū p̄m intellectuz est vere bonū: p̄m sensum est bonuz vt videtur. ⁊ iō ppter cognitionē sensitiuā nō semp fertur hō in bo num simplr. Sed aliqñ in bonū apparēs. sensus aūt dupliciter est cā hui⁹. vnomodo qz mouet incōtra rium. alio mō qz impedit ⁊ retardat. ppter primū le gitur ad Ro. vij. video aliā legē in mēbris meis. re. le. men. m. ⁊ cap. mc. dn. in legē peti. ⁊ in tertio de aīa dicit q̄ in nobis sunt appetit⁹ ꝓtrarij hoc aūt est qz habem⁹ motores ꝓtrios rōnem ⁊ sensum. Se cundo impedit sensus: qz retardat ⁊ retrahit. ⁊ iō vide mus hoies intime speculantes a sensib⁹ esse aduer sos: ⁊ sensib⁹ deditos non intime speculari: ⁊ quia in angelis nō est cognitio p̄m sensuz sed i eis est idē intellectū ⁊ desideratū: vt dicit. xij. metha. er eo q̄ ca rent cognitiōe sensitiua nō potuerūt decipi ī cogni tionē quin appeterēt bonā simplr. ppter sensuz mo uentē in ꝓtrium: ⁊ quin toto conatu ferrētur in bonū ppter sensum retardantē. ⁊ iō p̄m q̄ habuerūt melio ra nālia susceperūt maiorē gr̄am vel maiorē dānā tionē ẽtum ad eos q̄ peccauerūt. in hoibus aūt h nō oportet: qz aliqñ illi q̄ hūt naturalia melioza pro pter insecutionē passionū min⁹ conātur ad gr̄am ca piendā. Ideo cuz q̄ritur p̄m qđ datur maior gr̄a ho minibus nō debemus dicere q̄ p̄m melioza natura lia: quia aliqñ tales minus conātur. nec debem⁹ di cere q̄ p̄m maiorē conatū: quia cum minori conatu plus se disponit ad susceptionē gratie qui habet me lioza naturalia ẽ habēs peiora cum maiori. sicut si quereret p̄m quid aliquid portat maius pondus nō esset bene dictū q̄ p̄m maiores vires qz aliquando magis virosus minus portat: quia minus conatur. nec p̄m maiorē conatū hoc eriſtit: quia cuz minori co tu magis virosus magis portat ẽ debilior cū ma iori. Sed si sunt pares in viribus qui plus conatur plus portat. Si sunt pes in conatu virosior magis

portat. sic si sunt pes alig in nalibꝫ q plus conaf plus de gratia suscipit. Si sunt pares in conttu qui melioza naturalia habꝫ magis recipit. Igitur sm pzo portionē conatus ad bonitatē naturaliū est maioz: ⁊ minoz susceptio gratie ⁊ hoc potissime ,put ad susceptionē gratie requiritur m otus liberi arbi trij. Mā in infusione gratie paruulorꝫ maiozitas ⁊ minoritas attenditur. si est ibi maius ⁊ minus :soluꝫ sm beneplacituꝫ infundentis. Iz ad huiusmodi maioritatez aliquo modo valeāt oratiões parentū. ⁊ aliorum qui ad dñuꝫ pzo pueris intercedūt. Ad primum dicēduꝫ q nisi cū bonis naturalibus assit conatus homo nō suscipit gratiā. Et qz naturalia nō sunt simpliciter ea in quibus fundantur gratuita nisi vt conatui sunt cōiuncta habēs meliora naturalia suscipit minorez gratiaꝫ qz minus conatur.

Ad.ii. dō. q sm meliora naturalia habet homo maiorez aptitudinē remotā. Et q nō sufficit talis aptitudo siue conatus. ideo nō semper est maior susceptio gratie sm meliora naturalia. Ad tertiuꝫ dō q vt patuit non est simile de angelis ⁊ de hominibus qz angeli sm meliora naturalia maiori conatu feruntur in bonum. quia non habent sensuꝫ motētem incontrarium nec retardantem vt patuit.

Ad quartum dicendum q gratia est immediata dispositio ad susceptionem glorie. Sed non est sic ad susceptionem gratie nisi cum natura assit conatus. ideo non est simile hic ⁊ ibi ⁊ secundū istum modum est intelligendum. quod dicitur Mathei xv. q vnicuique dedit secundum propriam virtutem. q virtus ibi accipiatur non solum natura. sed prout nature additur conatus.

Einde queritur vtꝛ charitas vel dilectio sit ex dilectōe diligēda. Et qz dilectio pſupponit cognitiōem duo queremus. Primo vtꝛ charitatis ex charitate diligatur. Secundo vtꝛ possit cognosci certitudinaliter ab habente.

Primum sic ꝓceditur vī q charitas ex charitate nō fit diligēda. qz charitas ē rō diligendi sicut calor est rō calefaciendi. sz qz calor ē ratio calefaciēdi. nō est ipsuꝫ calefactū. ergo charitas qz est ratio diligendi non est ipsuꝫ dilectū. Preterea qd̄ est ratio agēdi est pncipiū actiuū: sz nec pncipiū: nec efficiēs coincidit cū materia vt pz ex scdo phīc. cū dilectū sit illud q est obiectū ⁊ materia circa quā versatur actꝰ diligēdi charitas nō poterit esse ipsuꝫ dilectū. Preterea si charitas diligeretur ex charitate pari ratiōe illa charitas qua diligeretur. alia charitate esset diligibilis: ⁊ sic esset abire i infinitum. Preterea. sz Augu. primo de doctrina rpiana. c. v. qtuor sūt diligēda ex charitate. vnū qd̄ supra nos est vt deus: alterꝫ qd̄ nos sumus. tertiū qd̄ iuxta nos est. vt primus. quartū qd̄ infra nos est vt corpus nr̄uꝫ. sz in iſoibꝰ his nō noiatur charitas. ergo ⁊ cete. Preterea. sm Diony. fo de di. no. ea que sunt effectiua reruꝫ nō sunt talia vt efficiunt. vñ ponit exemplū q vrēs nō vritur. delectatio nō delectatur tristitia. nō tristatur. Cū igitur p charitatē vl p amorē amemus: vt p dilectatiōez delectamur charitas vl amor nō amatur. vt delectatio nō delectatur. Incōtrariuꝫ ē qz pfecta nesciētia ē nescire se nescire. vnde pfecta sciētia ē scire se scire. ergo a simili nō erit pfecta dilectio nisi qs diligat se diligere. Sed charitas ē pfecta dilectio. cū igr diligim⁹ pcaritatē diligim⁹ nos diligere. sz diligere se diligē ē diligere ꝓpriā dilectiōez. ergo ipsaꝫ charitatem ex charitate diligim⁹.

Preterea. viij. de tri. ca. viij. dicit Augu. nemo dicat nō noui qd diligā. diligat fratrē ⁊ diligat eaz dilectionē qua fratrē diligit. Rñ dō q cū q̄rit vtrū charitas ex charitate diligat cū charitas amorem quēdā importet iuxta illud Augu. x viij. de tri. c. vlt. Quid est charitas nisi amor boni est querere. vtꝛ amor ex amore diligatur. querere aūt hoc. est querere. vtrū in actu amoris cōtingat reflexio. ideo si bene videre poterimus que sunt in qb⁹ reperitur reflexio. ⁊ que nō apparebit veritas q̄stiōis. Pro pter hoc notādū q sm pbum. ix. methafi. duplex ē actus qdā est q transit in exteriorez materiā: ⁊ est p fectio acti. Quidā aūt nō trāsit. sz est pfectio agentis. Imprimis aūt actibus nō reperitur conuersio. Maz calefaciēs nō calefit: neqz calor. Et edificās nō edificatur. neqz ars edificatia. actꝰ aūt nō trāseūtes. alig sunt supra se cōuersiui ⁊ aliqui nō. Maz visus nō est supra se cōuersiuus. v det. n. oculus alia a se. seipsuꝫ nō videt neqz que in ipso sunt. Intellectus aūt velmens etiā que in ipsa sunt cōspicit vt pōt patere ex sntia Augu. xiij. de tri. ca. vi. vbi ostēdit intellectū esse supra se cōuersiuū nō visum. Sz vt videamus in quibus actibus non transeuntibꝰ in exteriorē materiā. est cōuersio ⁊ i qbꝰ nō notādū. q ad actionez q̄tuz ad presens tria cōcurrūt. obiectuz potētia ⁊ ipse actus. q igitur in actibus sit conuersio: vel pōt ex ratione obiecti. vel ratiōe potentie. vel ratiōe actus. Tunc. n. in actu nō est cōuersio ratiōe subiecti qñ obiectuz in qō terminatur actus nō induit rationē generalē: vtputa. qz obiectum visus est lux vel color ⁊ nihil videt visus nisi colorez vel lucē qz nō de oibus predicatur lux ⁊ color nec talia oñt rationē generalis obiecti. oculus non: oia videt ⁊ qz ipsuꝫ videre q ē actus oculi neqz est lux neqz color: oculus nō videt se videre: ⁊ in actu suo nō est cōuersio. eo qō obiectuz cōuertionē nō patitur. secūdo in actu nō est cuersio ratione potētie. Maz sm Procluꝫ. lxxxj. ꝓpositione. omne incorporeuz est ad se cōuersiuū. pp qō. xlvij. ꝓpōne eiusdez scribitur q omne antipostotō siue ad. se cōuersiuū est simplex ⁊ iptibile cum igitur ois virtus organica extēdatur extēsione organi. nullus actus q egredi tur a potētia vel a virtute in corpore. ⁊ rōne potētie a qua egreditur est ad se cōuersiuus. Tertio nō cōpetit cōuersio actui ratione sui. qō cōtingit cū actus ꝓgreditur a potētia nō libere ⁊ modo spōtaneo: sed magis p modū nature. Mā cōuerti ad seipsum quandaz libertatem ⁊ quoddā dominiū importat. qz sz pbum primo methafi. liber est sui gratia ⁊ sm istaz viam nulla cognitio dicitur ad se conuersiua eo qō ea que ,pcedūt a potētia cognitiua pcedūt quoddā mō p modum nature pp qō ⁊ ratio cogi dicitur. Soluꝫ ergo cōuersio talis reperitur in actib⁹ potētie appetitiue. Si igitur est cōuersio in aliquo actu. vl hoc ē ratiōe ipsius actꝰ. qz libere a potētia emanat vl ratiōe obiecti. vt cuz obiectū est generale quid ꝓpter qd ⁊ ipse actus infra rationez obiecti clauditur. vel ratione potētie. qz potētia ñ est orgāo alligata. Hoc viso notāduz q actus nō trāseuntes in exteriorez materiā in quibꝰ reperitur cōuersio in nobis qdrupliciter dikingūtur. qz qdā sunt cognitiui ⁊ sensitiui. vt videre audire ⁊ huiusmōi. quidā sunt sensitiui appetitiui vt delectari. irasci ⁊ talia: prout sunt actus sensitiui appetitiui. quidā cognitiui intellectiui: vt intelligere. scire ⁊ huiusmodi. qdā appetitiui intellectiui vt velle. ⁊ ex charitate diligere ⁊ talia. In actib⁹ sensitiuis sm sensuꝫ nullo modo est conuersio nec ratione actus cuz non dicant liberā inclinationez. nec ratione obiecti cuz obiectuz in talib⁹ non sit qd cōmune. nec ratiōe potētia. cuz talis potētia sit orgāno alligata. In actibus appetitis ⁊ sensitiuis reptē

aliquo modo conuersio ratione actus. eo q̄ omnis amor videtur dicere quēdā liberū motū ⁊ inclinationem: q̄ si nō est vex in appetitu sensitiuo bruto-rū eo q̄ bruta magis agunt q̄ agāt. vt dicit Damas. lib. iii. c. xij. tū i appetitu sensitiuo hois. aliquo modo vitatem hz. pp q̄ ⁊ talis appetitus sensitiuus rōalis p participatōez ō. Inde ē q̄ Aug. xij. de tri. c. viij. pp rōnez dicit sensum hois ee potiorē sensib⁹ alior. In actibus aūt cognitiuis intellectiuis est cōuersio duplr rōe obiecti ⁊ rōe potētie nā cū obiectū intellectus sit vex. ⁊ vex cū ente quertatur ipm intelligere ē quoddā vex. ⁊ iō lz oculus nō videat se videre. q̄ videre: nec est color neq̄ lux: que sunt obiectū visus. intellectus intelligit se intelligere. eo q̄ ipm intelligere sit quoddā vex: qđ est obiectū intellectus. Rursum intellect⁹ hz quertionē q̄ ē potētia organo non alligata. Est ergo conuersio in actu intellect⁹ rōe obiecti ⁊ potētite. sz nō rōne ipsi⁹ actus eo q̄ actus intellect⁹ fit actus cognitiu⁹. In actu aūt volūtatis ē quersio poēm modū. Nā est ibi quersio rōne actus cū amare ⁊ velle dicant inclinatōem liberā voluntatis ⁊ rōne obiecti: cū obiectum volūtatis sit bonum ⁊ ipm velle ⁊ amare sit bonum quoddā. Est ēt ibi cōuersio rōne potētie. q̄ appetitus intellectiuus nō est vtus organo alligata. ⁊ q̄ diligere ⁊ amare est actus volūtatis ipm amare voluntas amabit. sicut ipsum intelligere intellectus intelligit. ⁊ q̄ amare ex charitate potissime e libertatem ⁊ abstractōez a rebus corpalib⁹ importat. cū pp talem abstractōem ⁊ libertatē. sit quersio in actibus. i amore gratuito erit quersio: siue accipiatur tal' amor actualiter siue habitualiter. pp q̄ potissime charitas ex charitate diligēda ē. ⁊ hō amat se ex charitate amare. vnde ⁊ Aug. viij. de trini. c. viij. q̄si p totuz ofidit dilectōem gratuitā siue charitatē ex charitate diligēdā ee. Ad. i. dō q̄ non est sile de calore ⁊ de amore. q̄ calefactio est act⁹ trāsiens in exteriorem materiā nō aūt amor. ⁊ ideo calor non calefit. amor tñ amatur vt pz p habita. Ad. ij. dō q̄ agēs ⁊ actū nō coincidūt in idē i rebus materialibus. sz in separatis a materia coincidūt. Nā cū ipse intelligens se intelligit. idē ē intelligēs ⁊ intellectū. ⁊ ipm intelligere intelligi pōt. ita ipm velle ē volituz ⁊ ipe amor amatur. Ad. iij. dō. qō nō est pcessus in infinituz q̄ cū amor amatur nō alio amore. sz seipo diligitur vñ Aug. ix. de trini. c. v. amor amatur non alio nisi more amari pōt. idē ergo seipso amatur. vel dicere possum⁹ si vellem⁹ cū Auic. q̄ nō ē incōueniens i actibus aie ee pcessuz infinitū. Ad. iiij. dō q̄ diligēdū est aliqd duplr vel tāq̄ id tibi bonū volum⁹ vel tanq̄ bonū qđ in nobis ⁊ alijs volum⁹ illud cui bonū volum⁹ est quid' vl' rōale. id ad qđ aliquo modo hz amicitia ⁊ sm istū modū logtur Aug. iiij. esse diligēda ex charitate. Sz tanquam bonū qđ nobis ⁊ alijs volumus. Sz diligitur charitas. ⁊ iō dr a quibusdam. q̄ charitas non diligitur amore amicitie. sz cōplacēti e vel amore cupiscentie. ertēdo cō cupiscētie, notū. q̄ tale bonū nobis ⁊ alijs cupiscim⁹

Ad. v. dicēdū q̄ sm Dion. ibidē. ea q̄ sunt inclinatis. sunt ēt in cāis. sz nō p cādē rōnez. vnde non concluditur ex quo charitas est cā. quare aliquid diligatur q̄ ipsa etiam nō diligatur. Sz arguitur q̄ non sm eādē rōnem diligitur charitas. ⁊ qđ ex charitate amatur ⁊ h pcessimus nā qđ ex charitate amatur. diligit tanq̄ id cui bonū volum⁹. caritas aūt si amatur. sz diligit tāq̄ bonū qđ nobis ⁊ alijs optamus.

Ecūdo queritur vtr charitas possit cognosci ab habēte. ⁊ vī q̄ sic. q̄ sm Aug. viij. de tri. c. iiij. Sciri. n. aliquid ⁊ nō diligi pōt. diligi autem quod nescitur nequaquaz. sz charitas ex ab eo cognoscitur. vl' diligit qđ ignorat. quod est in cōueniens. Preterea scire rem est cognoscere q̄ qd est p cēntiā. nec dr. viij. metaphisice sz qd est charitas ⁊ nō charitatis sciri pōt. nō solū a bonis: sz etiaz a malis. al'r. n. dubia ⁊ qōnes de ipsa cessarent.

Preterea Aug. viij. de tri. c. viij. dicit q̄ hūs caritatem magis nouit dilectiōem q̄ diligit q̄s frēm quem diligit. sed dilectio qua diligimus ē charitas ergo ⁊c. Preterea sz philosophū in fine pi poste rio. incōueniens ē nos habere nobilissimos habitus ⁊ latere nos. sed nobilissim⁹ habitus ē charitas q̄ ⁊c. Preterea fides cognoscitur ab hūte iuxta illō Aug. xiij. de tri. c. ij fidē q̄ quā boium nō videt in alio. Sz vnusquisq̄z in semetipso. ergo pari rōne ⁊ charitas ab hūte sciri poterit. Incōtrariū est quia charitas diuinā acceptatōem includit. Sz nisi deus reuelauerit alicui q̄ sit ei acceptus nullus pōt illud scire. ergo ⁊c. Preterea ecclesiastes. ix. scribitur. Nemo sit vtz amore vel odio dign⁹ sit. Prete rea pma ad Corin. iiij. nihil mihi ꝑscius sum. Sz nō in hoc iusti. sum. Rñ. dō q̄ noticia alicui⁹ rei duplr pōt hī. pmo simplr ⁊ absolute qđ pōt appellari subesse quodāmō vli. Scōo. sm q̄ hz esse in hoc: vel subesse particulari. Sapore. n. gs duplr posset cognoscere. primo sciendo naturā saporis. a qb⁹ cātur p̄ncipijs ⁊ quale dz esse subiectum ei⁹. ⁊ cetera huiusmōi q̄ naturā saporis notificāt. Scōo potest sciri sapor subesse h. vtputa q̄ in h habet esse.

Et iste due cognitōes nō semp se cōcōmitrantur. possem. n. scire naturā saporis dulcis. ⁊ tñ dubitare talem saporē ee in hoc subiecto: vtputa: si habēs lignā infectā vel pp alias ꝑditiōes immutetur gustus eius a dulci vt ꝑsuevit immutari ab amaro. lz scirz naturā dulcis. ⁊ a qbus. p̄cipijs causatur. posset dubitare ⁊ ignorare dulcedinē esse in hoc dulci: eo q̄ cognitiōm talem de dulcedine hebere nō pōt: nisi actu gustando. ⁊ quia similem passionem infert sibi tali ypostasi facta dulcedo: vt amaritudo ꝑsueuit inferre posset ignorare dulcedinem esse in hoc: non obstante q̄ habet noticiā nature eius. ⁊ sicut de dulci dicim⁹ sic de charitate loqui possumus. Nam scire charitatē quantū ad id quod est: possunt etiam mali: eo q̄ scire possunt qualis habitus sit charitas in quo fundatur tanquam in subiecto. ⁊ a quo causatur tanquam a principio ⁊ talia que indicant naturam eius: ⁊ illud scire est scire illud de quo ait philosophus. ij. Ethico. q̄ scire modicum vtile est ad virtutem: operari vero multum. vnde ⁊ ibidem dicitur qui non operantur sm virtutem: ⁊ ad rationez fugiunt existimantes studiosi esse: eo quod philosophantur nunquam habebunt sanam animaz. Secundo modo potest cognosci, charitas ꝑout habet esse in isto. ⁊ talem cognitionem de ea non solum nō potest habere aliqs q̄ sit in alio. sz etiā hēre nō pōt certitudinaliter q̄ sit in seipso. Nā sicut dicebam⁹ de dulci q̄ naturam dulcis pōt quis scire: ⁊ ignorare dulcedinem esse in' isto Si nō aliter immutaret gustum dulcedo q̄s amaritudo. Sic ex parte ista potest quis scire oīa que ad cognitionem quid ē caritas faciunt. ⁊ ignorare charitatem esse in seipso: eo q̄ actus qui a charitate eliciuntur sunt similes actibus qui oriuntur ab habitu acquisito. ⁊ quia ñ cognoscit homo se habere charitatem nisi per tales actus. cū nō possit certitudinaliter discernere. vtz huiusmodi actus sint ab habitu infuso vel acquisito lz possit certitudinaliter scire se habere aliquem habitum vtputa si tales actus delectabiliter operatur. q̄ signum generati habitus est delectatiōme

ꝛ triſtitiam fieri in opere vt dicitur .ij. ethico. tamē vtrum ille habitus ſit infuſus vel per exercitium acqſitus ſcire nō pōt. nō ergo ſciet ſe certitudinaliter habere charitatē eo ꝙ neſcit certitudinaliꝫ talem actū ꝓgredi ab habitu infuſo: vñ cōiter dr ꝛ bene. ꝙ in charitate tria eſt ꝓſiderare. obiectum vt dilegibile. modū vt delectatōem. fieri in ope. ꝛ effectū vt facere hoiem acceptū deo. ꝛ meritorie opari. Nō enim pōt cognoſci caritas ab hñte rōne obiecti. qz in idem obiectuz ordinatur habitus ꝛ potentia ſine habitu. vñ ſm iſtū mꝰ dū non ſolū nō pōt qs ſcire ſe habere charitatem. ſz et m ſcire negt ſe habere aliquez habitū ratiōe delectationis ēt ſcire negt ſe habere charitatem qz delectatio ꝓuenit in ope non ſoluz ex habitu infuſo: ſed tiā ex acqſito. Rōne eſſe ctus vt qz facit hoiem meritorie opari ꝛ deo acceptū eſſe. niſi ſit ei a dño reuelatū nullus etiā ſcire poteſt. ſz aūt ſic dicendo declarata ſit veritas ꝗſtiōis verba tū Augu. tacta ſupius dubitationez augent. videtur n. velle ꝙ nō ſolū charitas ab habēte ſcia tur: imo magis cognoſcatur ab habente ꝗ̄ pſe frat ſit agnitus quā difficultatem qdā vitare volētes dixerūt hoc intelligendū eſſe de cognitione charitatis ex pte ei⁹. nō ex pte noſtra. Mā ea que ſunt manifeſtiſſima in natura ꝓpantur ad cognitionē nr̄am vt lux ſolis ad oculum noctue: pp ꝙ nō eſt incōueniēs charitatē quātum eſt de ſe notiorē eſſe fratre. nobis tū frēm notiorem eſſe. quilz in aliquā veritatē incidāt: intentōem tū Aug. nō tangūt. Mā ꝙ caritas ſit nobis nota: vel ignota: ſm intentōez Aug. ibidē. ex opibus noſtris ꝓſurgit. Mā nō videre oileōez vel nō hr̄e notitiā dei ꝛ charitatis ꝓtingit ex eo ꝙ frēm nō diligim⁹. cognitio aūt rei in ſe: p ſe loquēdo nō variatur ꝓpr̄e ex opibus nr̄is. ꝛ ideo notādum ꝙ cognitōez de re qs hr̄e pōt dupliꝫ habitualiter ꝛ actualr. ſm actū ꝑmū. ꝛ ſm actū ſcōm. ſic. n. videmus in habitibus cognitiuis ꝙ eo ipſo ꝙ tales habitus pñtes ſunt aīe ſemp aīa nouit illos. licet de eis nō ſēp cogitet. vñ habens in ſe habitū geometrie eo ipſo ꝙ talis habitus pñs eſt menti a quo pōt fluī actus p quē actualr cogitari pōt ſe habere talem habitū: dr ipm noſſe. ꝛ talis noticia ſolū dicit pñtiaz rei apud aīaz. nō tū pñtiaz quālibet. ſz talez pſentiaz pp quā pōt oriri inde aliqs actus. qui de ſe ē aptus natus ducere in cognitōem talis habitus. ꝛ quāto aliqd ē pſentius aīe p iſtū modū tāto magis ab ea. noticia tali cognoſcitur. Sz ſicut habitus cognitiui ſunt pncipia. actuū q ſt apti nati ducere i cognitōem ipſoꝝ. ſic ꝛ habitus affectiui cānt actus ꝙ quos ſunt apti nati cognoſci. ꝛ p iſtū modū eo ipſo ꝙ tales habitus ſunt pñtes ſm quādā cognitōem. ꝙſi habitualem. dr̄ ab ea ſciri ſz nō adeo ꝓpr̄ie dicatur cognitio taliū habituū. cognitio habitualis: vt dr̄ noticia habituū in memoria poſitoꝝ. ideo ait Aug. de iſta noticia ꝙ tāto magis qs nouit dilectio nē ꝗ̄ frēm qnāto dilectio ē ei fratre pñtior. ꝛ intimi or. Sz pp talē cognitōem charitas certitudinaliter ſm cognitōem cōpletā non cognoſcitur ab hñte. qz cognitio cōpleta nō hr̄ niſi cū ex actib⁹ habitum cognoſcim⁹. ꝛ qz actus charitatis pp filitudinem quā hz ad alios actus: nō diſtincte ducit in cognitōem ſui habitus ab habente charitas certitudinaliꝫ ſciri nō pōt. Et vt meli⁹ pateat intentio Aug. Rurſū de cognitōe actuali eſt diſtinguēdū. qz aliqd actualiter ſciri pōt ſm cognitionem ſpeculatiuā: vel ſz cognitōem exꝑimentalem ꝛ practicā. vtputa cū deus cognoſcitur inquātū eſt finis oīuz agendoꝝ: quam cognitōez ſupius dixim⁹ hr̄e bonos. Dic. n. deum cognoſcūt oēs habentes charitatem eo ꝙ in oibus ſuis actibus ponunt deū finez ꝛ regulā. Et qz ad talem noticiam facit habitus charitatis arguit Augu. qui diligit fratrem magis nouit dilectionē. ꝛ deum quam fratrem ſuū. coꝙ deus vel dilectio in creata habet magis rationem finis ꝗ̄ frater. ꝛ ideo noticia qua cognoſcitur aliquid vt finis ꝛ bonum deus magis cognoſcitur ab habente charitatem ꝗ̄ aliqua creatura. ſed ꝓpter talem noticiaz etiam ſcire non poſſumus certitudinaliter nos habere charitatem cum ſit ponere deum vt finem: licz nō meritorie: poſſet quis ex habitu acquiſito. ꝛ quia vtrum tales actus ſint meritorij ſcire non poſſum⁹ niſi p reuelationē. nos habere caritatem certitudinaliter ignoramus. Ad primū dō ꝙ lz nihil diligatur niſi qđ ſcitur nō tñ oz ꝙ diligat vt ſcitur. nā pōt qs i via diligere deū p ſeipz: cū tñ coḡſcē eū ñ poſſit niſi p effectus. vñ nullus diligit caritatē niſi aliq̄lē notitiā de charitate habeat. nō tñ oz vt eque certitudinaliꝫ cognoſcat, vt diligit. naz qui ex charitate diligit: nō oz ꝙ certitudinaliꝫ ſciat ſe ex charitate diligere. Ad. ij. dō ꝙ de tali noticia charitatis non querimus. no. n. eſt queſtio: vtrū aliqs poſſit ſcire naturā charitatis. Sed vtrū ſcire poſſit charitatē eſſe in ipſo. Ad. iij. pz ſolutio p ea que in generali ſolutiōe ſunt dicta: nā dilectio eſt notior fratre. qz ꝑſentior ꝛ intimior: ſed pp talē noticiā nō arguitur ꝙ aliqs ſciat ſe certitudialiter charitatē hr̄e. vt patuit. Ad. iiij. dō ꝙ ibi pbus logtur de habitibus cognituuſ. Et actuſ taliū abbituū diſtincte ducūt in cognitionez ipſoꝝ. ſz actus habituū q ſunt in voluntate nō diſtincte cognoſcuntur p ſuos actus maxime infuſus ab acqſito. Mā diligere deū: ꝛ in hoc delectari poſſet cōtingere: nō ſolū ex charitate qui eſt habitus infuſus: ſed etiā ex habitu acqſito. Et p lz pz ſolutio ad. v. qz nō ē ſimile de fide que cōnumeraturr̄ iter habitus cognitiuos ꝛ de charitate. qz p actū fidei diſtincte ducimur in cognitionez talis habitus. nō aūt per actum charitatis.

s Uper litteraz ſup illo. (Qui proximuz diligit. cōſequens eſt vt dilectionem diligat) Cōtra ſic voluntas eſt ſupra ſe reflexiua. ſic ꝛ intellectus. ſed cum hoc intelligit aliqd. lz poſſit intelligerē ſe intelligeꝛ illud nō tñ ſeqr̄) de neceſſitate ꝙ ſe intelligere itelligat. ergo non eſt conſequens ſi aliquis diligit ꝙ dilectionem diligat. Dicendum ꝙ voluntas ratione actus eſt ſupra ſe reflexiua vt patuit. nō intellectuſ. ideo quotienſcunq; diligit. ſe diligere diligit. quia ex quo ex ipſo actu eſt reflexio nō agit niſi reflectatur: ideo non eſt ſimile de intellectu ꝛ voluntate. Item ſuper illud. (Deus dilectio eſt ꝛc.) Vult enim magiſter ꝙ cum deus ſit dilectio qui diligit dilectionem diligit deum. Contra. deus non eſt omnis dilectio. ergo non ſequitur qđ dicit. Nam licet animal ſit homo: tamē qz nō omne animal eſt homo. non valet qui diligit animal diligit hominem.

Dicendum ꝙ licet non omnis dilectio ſit deus. deus tamen eſt ratio ꝛ cauſa ꝙ omnis dilectio gratuita ſit ꝛ diligatur. ſicut quia lux eſt ratio quaꝛ omnia videantur quiꝫ videt. videt lucem. licet nō omne quod videtur ſit lux. ita quia deus eſt ratio quaꝛ omnia ſic diligantur quicunque dilectione gratuita aliqd diligit. deū diligit. licet nō oē qđ diligit ſit deus. Item ſuper illud. non niſi deo plenus eſt q dilectione plenus eſt. Contra. vt habitum eſt nō omnis dilectio deꝰ eſt. ergo qui eſt plenus dilectione poteſt eſſe plenus alio. a deo Dicendum ꝙ dilectio de qua ibi loquitur Auguſtinus. eſt dilectio gratuita que non habet eſſe abſque deo. ꝛ ꝓpter

dilectione est plenus. Item super illud(qui diligit fratrem in lumine manet) Cōtra charitas ⁊ dilectio non assimilatur lumini. qz dona affectus assimilantur ardori dona intellectus assimilātur luci.

Ad ℔ gdā sic dicūt. q charitas assimilat lumini. ñ ratione manifestatōis. sz qz est forma vtutum sicut lumē est vtus vl̄r motiua in tota natura. qz est qualitas p̄mi alterātis: vt celi. ita charitas eo q est forma oium vtutū quodāmō oēs vtutes mouet ad suos actus. qz nō est aligs actus alicui⁹ vtutis q non sit a charitate impatus. ⁊ si nō elicitus. Istud aūt ⁊ si est bene dictū. nō sapit intentiōem Augu. Ideo dō q malitia in affectu facit cecitatē in intellectu. ergo ab oppositis bonitas intellectū illuminat. habens igitur charitatē dī manere in lumine. eo q talis habitus nō est nisi sit intellectus illuminatus in hēndo verā cognitōem de fine. qz q̄lis vnusq̄sq̄ est talis finis sibi vī vt dī. iij etb. Itē sup illud(dilectio fraterna est deus). Cōtra dilectio fraterna est qd in herens ⁊ depēdēs ⁊ pcedens a fratre diligēte. cū amor semp pcedat ab amāte. Sz ōs nec dēpēdet nec pcedit ab aliq̄ creatura. Dicēdū q illa p̄dicatio est p̄dicatio causalis. dicitur. n. deus dilectio fraterna. qz ab eo talis dilectio cātur. vel si vellemus tenere cum magistro. diceremus q dilectio q̄ dependet ⁊ pcedit a fratre diligēte. sicut amor ab amante. est dilectio que est actus ⁊ mot⁹ animi. ⁊ talis dilectio nō est de⁹. dī tñ deus dilectio fraterna. qz ex vnione quā hz deus ad voluntatem elicitur dilectionis actus quo frēm meritorie diligimus.

Itē sup illō.(ñ dicturi ⁊c.) vī velle Augu. q ipsa substātia diuina sit charitas. Cōtra sicut adeo ē fides. ita adeo ē charitas. sz deus p̄m substātiā suā nō est fides ergo p̄m substātiā suā nō est charitas. Dicendum q nō est sīle de fide ⁊ charitate. qz fides p se aliq̄z impfectōem importat. nō autem charitas. ideo ita adeo est fides q deus p̄m substātiā nō ē ipsa fides. Sz cum ℔ q adeo est charitas. dī tñ deus caritas. qz charitas de se nullā imperfectōem importat. Itē sup illud(nullum est isto dono dei excellētius). Cōtra sapiētia ponitur excellētissimum donoz. Dicēdum q̄ sapia est excellentissimuz dono ruz put in sapientia includitur charitas. vt sapientia. nō solum dicatur a sape. sz etiam a sapore qō sine charitate esse nō pōt: Vel dō p̄m intentōem magistri q charitas dī esse maximū donoz. qz est donum increatum. Sed sapientia est maximum donorum inter dona creata.

b Ic queritur) postq̄z magister narrauit positionem suā de charitate ℔ obicit ꝯ determinata. Et duo facit. qz p̄mo obicit p rōnes. scōo p auctoritates. Fa ibi. (supradictum est). Circa p̄mum duo facit. qz p̄mo adducit rōnes. ℥o solvit inductas ibi. (bijs itaq̄z). Circa p̄mum. d. fa. p̄m duas rōnes q̄s addcit. q̄z p̄ma talis est. Si spiritus. s. est charitas. cum charitas augeatur. ⁊ minuatur in hoie. spiritus. s. mutabitur. Scōa talis. cum charitas detur nō habenti. charitas est vbi ꝯ us nō erat. nō igitur spiritus. s. est charitas. cum sit vbiq̄z. scōa rō incipit ibi. (Item charitas). Deinde cuz dic. (bijs itaq̄z). soluit circa qō tria facit. qz p̄mo soluit p̄mā rōnem dicens spīm. s. siue charitatez in se. nec augeri. nec minui sed augetur ⁊ minuitur in nobis vel potius homini augetur vel minuitur. p̄m q hō in ea magis ⁊ minus pficit: qō confirmat p pphetā. Scōo soluit rōnez scōaz. d. spiritum. s. aligbus dari absq̄z sui mutatōe. ergo absq̄z mutatōe caritatis increate: datur charitas nō hīti

Tertio confirmat qō dixerat p Aug. scōa ibi. (cūq̄z) Tertia ibi. (vt autem). Circa q duo fa. qz p̄mo adducit auctoritates Augu. scōo ex ipsis auctoritatibus elicit intentū. scōa ibi. (ecce exposuz). Deinde cū dicit. (Supradictū). obicit ꝯ se p auctoritates. Et duo fa. qz p̄mo adducit q̄sdā auctoritates ꝯ se. scōo addit alias q̄ videt magis cogere ibi Sed aliud est). Circa p̄mū duo facit. qz p̄mo adducit auctoritates. scōo rīdet ad illas. ibi. (bijs rīdem⁹). circa p̄mū. d. fa. p̄m q duas auctoritates ꝯ se adducit. quaz q̄lz sonare vī. q nō est eadē charitas q̄ de⁹ nos diligit. ⁊ nos eū diligim⁹ q si sic cū pr ⁊ filio⁹ diligāt nosspū. s. caritas q̄ nos diligim⁹ deū. ñ ē spūs. s. qō ē ꝯ determinata. scōa ibi. (de ℔ etiā idē)

Deinde cū dicit. (bijs rīdem⁹.) soluit. Circa qō. d. fa. qz p̄mo soluit p̄mā acutoritatē dicēs. pro tāto dictū ee nō ee eādē charitatē q̄ nos deū diligimus ⁊ ipse nos. qz nō p̄m eandē rōnem cōparatur spūs. s ad pr̄em ⁊ filiū. vt nos ipso diligūt. ⁊ ad nos vt nos facit dilectiones dei ⁊ primi. Scōo p eādē viā soluit ad scōaz. scōa ibi. (Silr ⁊ aliā). Deinde cū dicit. (Sz aliud est ingūt). adducit ꝯ se alias auctoritates. ⁊ duo facit. p̄m q duplr ꝯ se arguit. scōa ibi. (alias quoq̄z) circa p̄mū duo facit qz p̄mo adducit auctoritatē Aug. dicētis charitatez esse a spū s. sic̄ fides. Sz spūs. s. ē ñ fidel. q̄ ñ ē caritas. Scōo soluit q caritas dī ee a spū. s. qz spūs. s. ē a seipo tpaliter qz seipz dat. Nec ē p oēz modū simile de fide ⁊ charitate. scōa ibi. (ad qō dicimus). Deinde cum dicit. alias quoq̄z inducūt). arguit alr ꝯ se. Et tria facit. qz p̄mo dicit charitatem ee motū mentis vel affectionez. qō non cōpetit spūi. s. Scōo pbat qō dixerat. p Aug. Tertio rīdet ad obiectiōem. scōa ibi. (q aūt charitas). tertia ibi. (ad qō dicim⁹. Circa qō tria facit: qz p̄mo soluit. d. spīm ee affectiōem animi. qz p eum animus afficitur. Scōo ad huius mōi intellectū confirmandum adducit quandam auctoritatem libri sapiētie. Tertio mouet quandā cauillatiōem ⁊ soluit Scōa ibi. (non aūt mireris. tertia ibi. (cum per eum). circa q tria facit. qz p̄mo mouet cauillatiōez. ꝯ determinata. d. cū spūs. s. moueat nos ad credendū ⁊ sperādū. q̄re nō dicitur motus. vel affectio ad talia sicut dī ad diligēdū. Secūdo soluit. d. motum dilectōis operari sine virtute media. sz alios motus non. ℥o magis dī affectio mentis ad diligendum q̄z alia affectio. Tertio cōcludit opinionem suam. q̄si declaratā. s. spīritum. s. esse charitatem vel dilectionem fraternā. scōa ibi. (ad quos sane). tertia ibi. (est ḡ charitas). In quo terminatur sententia lec. ⁊ dī.

Tria magister in littera dicit charitatem in
q homine minui ⁊ augeri. ideo de charitate duo queremus. Primo vtruz charitas augeatur. Secundo de modo augumenti eius. Tertio vtrum augeatur. er quolibet bono actu. Quarto vtz sit aligs terminus augumenti ei⁹.

D primum sic proceditur. videtur q ca-
a ritas non possit augeri quia p̄m philosophum. vī. phīco. nullum in partibile mouetur. sed forma que est in subiecto in partibili est quid impartibile cuz non extendat se vltra subiectum suum aliqua forma. igitur caritas est quid impartibile cum sit in voluntate tanq̄z in subiecto. que non est virtus organita nec extensa. igitur charitas non mouetur. sed cum augumentuz sit species motus non augumentabitur. Preterea nihil augumentatur nisi quantum. sed charitas non est in predicamento quantitatis cuz sit virtus ⁊ oīs vt⁹ sit q̄litas bona mētis. ergo ⁊c. Preterea quelz forma accīntal ē simplici ⁊ ī variabili essentia

consistens: vt potest haberi exlibro. vj. principioꝝ
Sꝫ charitas est forma accñtalis. ergo non ꝓuenit
ei variatio ꝛ ꝑ conseqūs nec augumentū. ꝓzete
rea ꝑm Boetiū accidētia sunt in dignantis nature
corrūpi qde possunt alterari vero minie. sꝫ si salua
mus augumētū in caritate hoc erit ꝑ alterationem
cū motus ꝑm qualitatē in quo ꝓdicamēto est caritas
fit alteratio: sꝫ caritati nō cōuenit alteratio cuꝫ sit
accidēs. ergo ꝛ cet. ꝓzetera idez manens idem
semp facit idem. sed imediata cā caritatis est deus
imutabiliꝫ se habens. ergo caritati nō cōpetet varia
tio nec augumentū. ꝓzeterea si augumentū cari
tatis reducitur ad aliquē motū. ℔ erit ad alteratioꝫ
sed alteratio ꝑm ꝓbum. vij. phiſic. nō est in pte itel
lectiua. sꝫ in parte sensitiua. sꝫ charitas ē in appeti
tu itellectiuo ergo ꝛē Incōtrariū est Aug. lxxrij.
q. q. xxx vj. q ait ꝙ augetur charitas vbi diminuit
cupiditas. sꝫ hō pōt magis ꝛ min⁹ ꝓcupiscere ergo
pōt augeri charitas. ꝓzeterea tota bonitas alie
est ex bonitate caritatis si nō est dare maiorē ꝛ mi
norē charitatem nō esset dare vnā aiam melioꝛem
alia ꝙ est inconueniens. qz tunc vnus bō. nō esset be
atioꝛ alio. Rñ. dō ꝙ siquis vellet tenere cū ma
gistro de leui soluezet qōm. nā cū ꝑm opinionē eius
spūs. s. sit ipsa charitas: hō dicet ꝺ̄re maiorē. ꝛ mino
re charitate ꝑm ꝙ magis ꝛ min⁹ ei dat spūs. s. nā si
cut in ꝓma. vbi erit visio nō ꝓcedēs ab habitu fi
dei ꝑm illā visionē erit vnus beatioꝛ alio ꝙ diuinā
veritatē magis ꝛ minus cognoscet. ita ꝑm via ꝑm
istū modū dicēdi. vbi actus dilectōis nō ꝓcedit ab
habitu charitatis vn⁹ hꝫ maiorē charitatē alio. eo
ꝙ vna ꝛ eadē charitas magis. ꝛ minus hꝫ a diuer
sis. sicut qz vnus deus magis ꝛ min⁹ cognoscitur
a scis. vn⁹ est beatioꝛ alio. Sꝫ ponēdo habitū chari
tatis in aia vt tenetur cōiter. quo ibi eē possit augu
mentū dubiū est. Sūt. n. circa ℔ diuerse inie q̄s bñ
se hꝫ recitare ꝓp̄ difficultatē materie. Quidā. n.
dixerūt charitatē augumētari. sicut augumētatur di
es. nō. n. dies augumētatur vt dies q̄ est minoꝛ ef
ficiatur maioꝛ. sꝫ qz minoꝛi diei succedit maioꝛ di
es vt dicī vnnali succedit. dies estiual: sic augeꝫ cha
ritas. qz minoꝛi charitati succedit charitas maioꝛ.
Hoc ē dictū. qz de⁹ cum ifudit maiorē caritatē mi
noꝛ charitas i nihilū redigit. Sꝫ illud stare ñ pōt.
qz ꝙ ad itroductōez alicuⁱ⁹ aliud cedat. duplr eē hꝫ
ꝑ se ꝛ ꝑ accñs. ꝑ se aūt vt qñ itroductū ꝛriat ei qō ce
dit sicut nidem⁹ ꝙ ad itroductōez frigoris cedit ca
loꝛ. Sꝫ iste modus adaptari nō pot cū maioꝛ ca
ritas nō ꝛrarietur minoꝛi. qz ꝛria sunt diuersa spē:
vt ꝓbatur. x. metꝫ. magis aūt ꝛ min⁹ nō diuersifi
cāt ipēz vt pōt brī ex. ij. poli ꝛ ex. vij. ph. siē. Se
cūdo mō ℔ pot esse ꝑ accidēs vt ex corrūptōe subie
cti. sicut videmus maiorē ignē minoꝛē corrūpe. vt
apparet in cādela. subter cadelā posita. qz humoꝛ
attr̄ct⁹ cedit i quo radicabaf ignis q corrūpit. Si
cut ētcū ex aere fit ignis. sꝫ ꝑ se corrūpatur humidi
tas qz ꝛriatur siccitati ignis. ꝑ accñs tamē corrū
pitur caliditas. qz corruptioe subiecti. sꝫ si sic dice
remus in ꝓposito. tūc hō hñs maiorē charitatē q̄s ꝑ
us nō esset idē hō. qz haberet aliā aiam. ꝛ aliā volū
tatē. Ideo est alius modus dicēdi ꝙ charitas auge
tur ꝑm feruoꝛē. Sꝫ illud sic improbat. qz feruoꝛ vl
accipitur ꝓp̄e vel similitudinarie. ꝓp̄e hꝫ eē in viriḇ
inferioꝛiḇ⁹. sicut videm⁹ ꝙ ex eo ꝙ mēte intelligi
m⁹. vel appetitu afficimur intēse ad aliquod dele
ctabile: resultat qdā ardoꝛ in inferioꝛibus viribus
q dr̄ feruoꝛ. ꝛ sicut ē in apprehendendo delectabi
lia terrena: est ēt in apprehendendo celestia. Q̄ dō
si sic feruoꝛē accipe volum⁹. tūc feruoꝛ ꝑ se charita
tem nō respicit. qz charitas in inferioꝛibus viriḇ⁹
eē nō hꝫ. si aūt accipiam⁹ feruoꝛem similitudinarie ꝓ
ut habꝫ: eē in appetitu intellectiuo. tunc sic augeri
charitatem. ꝑm feruoꝛem est eam augeri essentiali
ter ꝙ concedūt. qui sic istam positionez improbat.
Uerum quia vt patebit. charitas essentialiter nō
augetur possumus positionem istam improbare ali
ter dicentes ꝙ cum vti habitibus ad suos actus
sit in voluntate habentium habitus. non oportet
ex toto conatu habitus ferri in actum. vnde ex vno
ꝛ eodem habitu charitatis possumus magis ferui
de ꝛ minus feruide ferri indeum. ꝛ qz ꝑm maioꝛ
rem ꝛ minoꝛem feruoꝛem non variatur habitus.
sed actus qui sic dicunt augumentum charitatis ꝓ
habitum non ponunt eam augumentari nec ꝓsen
ti aliter: dubitamus. ꝓzeterea cuꝫ post maioꝛe ꝫ
feruoꝛem contingat aliquos minus feruere ꝑm istū
modum dicendi sequeretur ꝙ charitas possit mi
nui vt potest augeri quod negatur ab omnibus.
ꝓpter hoc dicitur aliter ꝙ charitas augetur ꝓ
essentiam. Nam quicquid augetur. abꝫ aliquo mo
do rationem quanti. charitati autem competit es
se quid q̄ntū non mole. sed virtute. ꝛ qz tale q̄ntū est
magis quale q̄ꝫ quantum. talis motus magis est
alteratio q̄ꝫ augumentum. vnde augumentatur ca
ritas. sicut alie qualitates. sed origo eiꝰ differat ab
origine aliarum. quia qualitates naturales educun
tur de potentia materie dona autem gratuita quia
totam naturam excedunt: nec de potentia materie
nec per naturale agens educi possunt. Hec au
tem positio si bene consideratur tria dicit. ꝓzimo
ꝙ charitas augetur essentialiter. Secundo ꝙ talis
motus non meretur dici augumentum sed altera
tio. Tertio ꝙ motus augumenti eius assimilatur
modo augumenti qualitatum sensibilium de potē
tia materie eductarum. Hec autem positio stare
non potest. quia augumentari aliquid essentialiter
est ipsum augeri ꝑm gradus essentie ꝙ nec forme
substantialis nec accidētali competere potest manē
te eadem forma ꝑm speciem. ꝛ ideo sic dicentes
plus errant q̄ꝫ alij. quia non solū male dicunt in ꝓ
posito. sed ꝛ dicunt ea que non solum in charitate.
sed in nulla forma inueniri possunt. Nam ꝑm gra
dus eēntie forme sunt sicut numeri. vnde sicut que
libet vnitas addita vel remota uariat speciem nu
meri. ita ꝙ nunquam est augumentum in nume
ro nec diminutio ꝫ vnitates abliq; variatione spe
ciei. Sicut nunquam est augumentum vel dimi
nutio in aliqua forma ꝑm gradus essentie. nisi im
mutetur species. vt potest haberi. ex. viij. metaphi
sice. Sed hoc non possumus dicere in charitate.
quia charitas aucta non est alterius speciei. immo
ista positio dicit oppositum in addiecto. nam cum
magis ꝓfectū. ꝛ minus ꝓfectum nō diuersificāt spēz
augeri aūt essentialr nō fit sine varietate specifica.
daibi.(ad quod dicimus). Deinde cum dicit.
(Preterea). exsequitur de secunda questione ꝛ. d.
facit. quia primo exequitur dubitando. Secũdo
soluendo. ibi.(ad quod dicimus. circa pr̃m tria fa
cit quia p° adducit vnã rõe ꝙ spũs. s. eadem ratio
ne dicatur donum ꝛ datum. quia idem est ipsuz da
ri ꝛ donari. sed a dari dicitur datuz. a donari donũ
ergo est eo donum quo datum. secundo probat hoc
idem per auctoritatem Augustini. Tertio. addu
cit rationem in contrarium. quia donũ fuit ab eter
no. datum ex tempore. non ergo eo donum quo da
tum. Secunda ibi. (hoc etiam videtur). Ter
tia ibi.(Si autem ex eo.) Deinde cum dicit.
(Ad quod dicim⁹.) soluit. ad cuius euidentiam no
tandum ꝙ spiritum san. esse eadem ratione donũ
quo datum. si eadem ratione accipitur. quantũ ad
durationem dationis est locutio falsa. quia ab eter
no donum. sed ex tempore datum. sed si non dicit
ordinem durationis. sed magis rationez ꝛ causaz
tũc est locutio vera. quia ratio quare datur in tem
pore est quia processit ab eterno vt donum. Unõ
tria facit. quia primo dicit datum esse ex tempore.
secundo ostendit eum donuz fuisse ab eterno. ꝛ ex
proprietate. Tertio manifestat quod dixerat p
Augustinum. secunda ibi.(donum vero.) Tertia
ibi. vnde Augsti.) Tunc sequitur illa pars.(sed q̃
ritur. In qua exequitur de tertia questione. ꝛ. d.
sa. quia primo fa. quod dictuz est. secundo assignat
quandam conuenientiam. inter filium ꝛ spiritum
sanctum ibi.(Et notandum.) Circa primum. d.
fa. qz p̃mo querit cui datur spiritus sanc. secũdo sol
uit. ꝙ donabilis est nobis. non patri ꝛ filio. ibi.(ad
quod dicimus.) Deinde cum dicit.(Et notanduz.
assignat conuenientiã quandam. inter filium ꝛ spi
ritum sanctum. quia ostendit spiritum sanctuz pro
cedendo esse ꝛ donum esse. sicut filius nascendo ẽ.
ꝛ est filius in quo conuenientia quedam ipsius ad
filium denotatur. Deinde cum dicit. (hic oritur
instat contra determinata. Et tria facit. quia
primo instat. nam si filius processione est filius: ꝛ
essentia. Similiter ꝛ spiritus san. ergo filius eodẽ
est filius quo deus. qđ Aug. negat. qui dicit ꝙ pa
ter non est eo pater quo deus. Secundo soluit ꝙ
formaliter loquendo. ꝛ vt natiuitas dicit proprie
talem filius natiuitate est filius. non essentia. neqz
deus. Nec spiritus. sanc. processione: essentia est
sed donum. sed vt processio ꝛ natiuitas dicunt ori
gnem. filiuis natiuitate est deus ꝛ spiritus san. pro
cessione. Tertio confirmat hoc per Hylariuz. se
cunda ibi.(ad quod breuiter.) tertia ibi.(non eniz
circa quod tria facit. quia p̃mo adducit verba Hy
larij. secundo. ea exponit. Tertio ex illis conclu
dit intentum. Secunda ibi.(Quod ita.) Ter
tia ibi.(Ex his verbis:) Tunc sequitur. illa pars.
(ex predictis.) in qua in breui recolligit que sequn
tur ex dictis. Et duo facit. quia primo facit quod
dictum est Secundo ex habitis mouet quasdam
questiones. ibi.(hic queretur.) Circa primum duo
facit ꝑm ꝙ duo concludit ex habitis. quia primo
ostendit spiritum sanctum esse ab eterno donum.
sed ex tempore datum quo designatur ratio gemi
ne processionis. Secundo ostendit spiritum san
ctum ad patrem ꝛ filium referri ex eo ꝙ dicitur do
num. Sed ad nos referri. ex eo ꝙ dicitur datum.
propter ꝙ ꝛ spiritus. noster. dicitur. Secunda
ibi.(et ꝑm.) Tunc sequitur illa pars.(hic queri
tur.) In qua mouet quasdam questiones ex dictis.
ꝛ duo facit ꝑm ꝙ duo querit. quia cum spiritus di
catur noster. querit vtrum filius noster dici pos
sit. Rursum cum spiritus sanct⁹ referatur ad deum
qui dat: ꝛ ad eum cui datur querit vtrum ad seip
sum referri possit. Secunda ibi.(post hoc.) circa
primum duo facit. quia primo querit. vtrum filius
possit dici noster. secundo soluit ꝙ sub illo no
mine filius non dicitur noster. Sed sub alio. quia
dicitur redẽptor nr̃. panis noster. nã ꝛ spiritus san
ct⁹ non sub quolibet nomine dicitur noster. nam li
cet dicat spiritus noster nunqz tamen in scripturis
legitur spiritus sanct⁹ noster. secunda ibi.(ad quod
dicimus.) Deinde cum dicit.(Post hoc.) querit
vtrum spiritus sanct⁹ referatur ad se. Et duo facit.
quia primo facit quod dictum est. secundo. differt
solutionem vsqz ad trigesimam distinctionem.

Secunda ibi.(huius questionis.) in quo termi
natur sententia lectionis ꝛ distinctionis.

Uia magister de tribus specialiter circa
spiritum sanctum querit. Primo de
dono quod est natura eius. Secundo
vtrum sit eo donum quo deus. Tertio
quomodo. spiritus dicatur noster. Ideo de hijs tri
bus queremus. Circa primum queremus tria.
Primo vtrum donum in diuinis dicatur essen
tialiter.. Secundo. vtrum soli spiritui sancto cõ
petat nomen doni. Tertio vtrum spiritus sanct⁹
sit donum in quo omnia dona dantur.

Q5. ix.

Primum sic proceditur. videtur ꝙ do
num dicatur essentialiter quia tota trini
tas liberaliter se communicat. sed quod
competit toti trinitati est essentiale ergo
ꝛ cetera. Preterea non dicitur persona dari no
bis nisi ex eo ꝙ aliquis effectus efficitur in nobis
qui prius non erat. Sed nomẽ designans respectũ
ad effectum est essentiale cum in diuisa sint opera
trinitatis ꝛ quilibet effectus attribuatur essentie
ergo donum est quid essentiale. Preterea quod
competit essentie. est essentiale. sed ipsa essentia
dicitur dari ꝛ donari. aliter enim pater generan
do filium non daret filio. quicquid haberet nisi ip
sam essentiam quã haberet ei daret. ergo essentia hab
rationem doni. est igitur donum quid essentiale.

Preterea ratio doni maxime competit amori.
sed amor est quid essentiale. ergo ꝛ donum. In
contrarium est quia donum non dicitur nisi quod
procedit a dante. sed essentia nec gignit. nec gigni
tur. nec procedit. ergo ꝛ cetera. Preterea ꝑm Au
gustinum quarto de trinitate capitulo penultimo
spiritui sancto donum dei esse est a patre procedere
sed processio est quid personale. ergo ꝛc. Respon
sio quidam sic dicunt ꝙ dare vel donare dupliciter
potest dici. vno modo id quod habetur per mo
dum dominij vt possessio aliqua. Alio modo quod
habetur. quasi sibi intrinsecum. sicut aliquis homo
habet seipsum vel amorem suum. ꝛ vtroqz modo
aliquis alicui dare dicitur. In diuinis autẽ ꝛ si vna
persona non habet dominiuz respectu alterius. ha
bet tamen auctoritatem ratione principij. dicunt
ergo ꝙ si donum importat auctoritatem respectu
dati. sic donum est notionale vel personale. Sed si
non. sed tantum dicit quandam liberam commu
nicationem. sic est essentiale. quia ipsa essentia sic
dari potest. Et ꝑm hoc donũ vel datuz non est per
sonale. sed essentiale. quia non semper importat di
stinctionem dati a dante. licet semper distinctio
nem importet dati ad eum cui datur. sed ꝑm istum
modum loquendi donum. non magis diceretur p
sonaliter qz missio. nam ꝛ de missione. sic consueuit
distingui ꝙ potest dicere distinctionem mittentis a

misso. vel mittentis ad eum cui fit missio. immo si vere loqui volumus per istam viam incedendo donum est magis quid essentiale ꝫ missio. nam quanto aliquid magis competit tribus. tanto magis est quid essentiale. quia ſm Augustinum quinto de trinitate capitulo. viij. In essentialibus non est distinctio inter personas. missio autem licet actiue ſumpta competat tribus. quia quelibet persona mittit. passiue tamen non competit. quia pater nunquam legitur missus. sed donum. siue datio actiue ⁊ passiue competit omnibus ſm istum modum accipiendi. ideo donum magis essentialiter dicitur ꝫ missio. Sed hoc non concordat cum verbis Augustini quintodecimo de trinitate capitulo decimo septimo qui soli spiritui sancto dicit competere rationem doni. Aliter ergo oportet nos loqui de dono ꝫ de missione. Ideo dicendum ꝙ donuz proprie ſumptum est solum personale. licet missio sit quid essentiale. quod sic declaratur. nam donuz vt potest haberi er Augustino in pluribus locis relationem quandam importat. relationes autem in diuinis triplicitet distinguntur. quia quedam ſumuntur solum respectu diuinorum. quedam respectu creaturarum. quedam medio modo. Que autez ſumuntur solum respectu diuinorum. cum relatio distinctionem quandam importet. non possunt esse pure essentialia. Sed vel sunt pure personalia. vel simul cum notione dicunt essentiam nam si talis relatio in diuinis est respectu diuinorum. quia respectu personarum. tunc talia simpliciter dicuntur quid notionale. vel personale. ⁊ sic pater quia refertur ad filium que est diuina persona est nomẽ simpliciter psonale. Sed si respectus ad diuina magis ſumatur per comparationem ad actus ꝫ per per comparationem ad personas. tunc talia essentiam ⁊ notionem aliquo modo important. ⁊ huiusmodi est potentia generandi que ſumitur per respectum ad istum actum qui est generare. ⁊ potentia spirandi que ſumitur respectu spirare. q̃ ſm ꝙ habitum est scilicet essentialia sunt. notionem tamen aliquo modo dicunt. Ea autem que dicunt respectuz ad creeturas. ꝫ ſi conuerso modo se habent. nam ſicut illa nõ poterant esse pure essentialia. ſz vel erãt pure notionalia vel simul cum notione importabant essentiam. Sic ista quasi modo conuerso pure notionalia esse non possunt. Sed vel sunt pure essentialia: vel simul cum essentia dicunt notionem. nã semp in diuinis ſm ꝙ huiusmõi respectu creaturarum designatur ratio principij. propter ꝙ importatur ibi opus quod toti trinitati competit. ratione cuius tale nomẽ dicit essentiã que est communis tribus. Sed quia er isto opere. ſm modum intelligendi consurgit quidam respectus qui terminatur ad deum. ratione huius respectus potest indicare personam. nam si iste respectus ad deũ terminatus terminarur ad ipsum vt essentialiter ſumit. tunc tale nomẽ est pure essentiale. ⁊ huiusmodi est hoc nomẽ creator dñs quod ⁊ ratiõe effectus ⁊ ratione respectus dicit essentiam. Sed si respectus terminatur ad deum prout supponit p̃ ꝑsona. tunc illud nomẽ est essentiale ⁊ notionales essentiale ratõe effectus. ⁊ huiusmodi nomẽ est incarnatio. quia licet incarnatio prout dicit effectum sit a tota trinitate er illo tamen effectu consurgit quedaz relatio que terminatur solũ ad psonã filij. vnde solus filius dicitur incarnatus. Nomina que medio modo se habent. sunt ea que cum hoc ꝙ dicunt respectum vnius persone diuine ad aliam personã dicunt etiam respectum ad creaturam Ille autem respectus dupliciter se habere potest. quia vel est habitualis. vel actualis. nam filius vt verbum dicitur habet respectum ad patrem tanquam ad dicentem. ⁊ ad opus ertra. quod per verbum fieri dicitur. iuxta illud Augustini quinto decimo trinitate capitulo vndecimo. Initium omnis operis verbũ Sed iste respectus ad opus est habitualis. quia vt idem Augusti. ibidem tradit. non sta tum cum est verbum sequitur opus. Sed vt filius a patre mittitur in mentem per dona gratuita ei appropriata. habet respectum actualem ad ipsam creaturam. propter quod licet verbum fuerit ab eterno est tamẽ missus er tempore. Hec autem nomina que important respectum diuinorum non solum ad diuina vt nomina de quibus primo dirimus. nec solum diuinorum ad creata vt ea de quibus secundo locuti sumus sed vtrunqz respectum important. videlicet diuinorum ad diuina ⁊ diuinorum ad creata sic distinguntur ꝙ quando respectus respectu creaturarum est habitualis sunt solum personalia. ⁊ ideo verbum solum personaliter dicitur. quia respectuz per comparationem ad creaturas dicit habitualez non actualem. quando autem huiusmodi respectus est actualis tunc nomen potest dicere qd essentiale. ⁊ ideo missio essentialiter sumitur vt superius est ostensum. Et sicut filius dicitur verbum: ⁊ missus. verbum solum personaliter dicitur per respectum habitualem. sed missio essentialiter sumitur propter actualem relationem. vnde filius ꝙ sit missus. hoc habet a tota trinitate. Sed ꝙ sit verbum habet solum a patre. Ita spiritus sanctus ⁊ donum ⁊ datum dicitur ⁊ vtroqz modo dicit aliquem respectũ ad creaturam. sed inquantum donum dicit respectum habitualem. inquantum datum dicit actualem. ideo donum solum person aliter sumitur. sicut verbuz. vt Augustinus dicit quinto decimo de trinitate capitulo decimo septimo licet datio quid essentiale dicat. vnde magister dicit ex eo ꝙ spiritus sanctus dicitur donum ⁊ datum ei duplicem processionem competere: eternam. ⁊ temporalem. eternam ratione dan i temporalem ratione dati quod concordat cum verbis Augustini quinto de trinitate capitulo quinto decimo qui dicit spiritum sanctum ab eterno fuisse donum. sed er tempore fuisse datum. ⁊ quia processio eius eterna solum est qd notionale: donum tñ personaliter sumitur. licet datio possit importare essentiam. Ad primum dicendum ꝙ non arguitur ꝙ donum essentialiter sumatur. sed ꝙ datio essentialiter sumi potest. nec enim quicquid datur proprie habet rationem doni. Et per hoc patet solutio ad secundum ⁊ tertium. quia non arguunt donuz essentialiter sumi. sed ꝙ datio essentialiter sumi potest. Quartum autem de amore solnetur per questionem sequentez per quã ⁊ argumenta tacta. melius patefient.

Secundo queritur. vtrum soli spiritui sancto conueniat ratio doni. ⁊ videtur ꝙ non quia ſm Augustinum quarto de trinitate capitulo penultimo. spiritũ scñi donũ dei eẽ. ẽ a pre procedere. sed hoc puenit. ẽt filio. ergo ⁊ filius dicetur donum. Preterea de ipso filio dicitur. ꝙ filius datus est nobis. sed hoc nõ esset ni si ei competeret ratio doni. ergo ⁊ cetera. Preterea ſm Augustinum quinto decimo de trinitate capitulo decimo septimo ⁊ habetur in littera. Spiritus sanctus in tantum donum dei est in quantum datur eis quibus datur. sed dari competit etiam fi

lio. ergo ⁊ cetera. Preterea spiritus sanctus dicitur donum dei per spiritualem missionem in mentem. Sed hoc etiaz conuenit filio. ergo ⁊ cetera. In contrarium est quia donum procedit a dante ergo soli persone procedenti competit ratio doni. Sed cum pater nō procedat. si ergo alicui persone in trinitate competet ratio doni. hoc erit filio vel spiritui sancto. sed filius non dicitur donum. quia ꝑm Augustinum quinto de trinitate capitulo quartodecimo non procedit filius quomodo datus. sed quomodo natus. solus ergo spiritus sanctus donum dicitur. Preterea donum procedit per modum voluntatis. sed filius non procedit per modum voluntatis. sed per modum nature. Soli ergo spiritui sancto cui competit talis processus competet tale nomen. Responsio dicendum ꝙ ꝑm Augustinum. xv. de trinitate capitulo decimo octauo spiritus sanct⁹ qui dilectio est proprie donum dei dicitur. ⁊ ibidem scribitur. ꝙ proprie donum dei dicitur. spiritus sanctus non nisi propter dilectionem. Ex quibus verbis habere possumus ꝙ ratio. quare alicui competit nomē doni ex amore sumitur ⁊ quia amor ⁊ charitas non solum spiritui sancto. competunt immo quelibet in trinitate persona amor ⁊ charitas dicitur. dubitam⁹ vtrum nomen doni proprie spiritui sancto competat. huius autem dubitationis causa existit. qz ex parte voluntatis. ꝑm quem moduz dicitur procedere. spiritus sanctus non habem⁹ nomina distincta sicut ex parte intellectus. nam ex parte intellectus vt superius fuit tactum. non solum habem⁹ nomen designans actum intellectus. vt intelligere. quod actum potentie intellectiue verbaliter nominat. vel intelligentiam que eandez actum nominaliter dicit. Sed etiam habēs nomen distinctum signans conceptionem intellectus siue illud. quod intellectus intelligendo formar. ⁊ hoc dicitur verbum Ex parte aūt voluntatis. licet habeamus nomen significans voluntatis actum. vt amare verbaliter. vel amor nominaliter. nam amare. ⁊ amor ita dicunt voluntatis actum. sicut intelligere ⁊ intelligentia dicunt actum intellectus. tamē ad significandum id quod voluntas formar. in volendo non habemus nomen proprium. sicut habem⁹ ad significandum. quod intellectum intelligendo concipit. ⁊ propter huiusmodi vocabulorum penuriam id quod a voluntate formatur. nominamus nomine actus dicentes ipsum amorem. sicut si verbum ab intellectu formatum. intelligentiam diceremus. ⁊ inde est quod amor ꝓout dicit actum voluntatis est quid essentiale. sicut intelligere. nam vnū est amare ⁊ vnuz velle omnium trium personarum. sicut ⁊ vnum nosce. Sed ꝓout dicit illud quod per moduz voluntatis formatur. ⁊ procedit sic solum personaliter dicitur. sicut verbum. cū ergo dicimus ꝙ ex ratione amoris sumitur ratio doni. non est intelligendum ꝙ ipse actus voluntatis proprie bēat rationem doni. siue amor vt actum voluntatis nominat. sed proprie donum dicitur id quod a voluntate formatur in volendo. quod etiam amor dicitur propter vocabulorum penuriam. nam donum ꝓprie sumptum dicit aliquid ꝙ a dante liberaliter ⁊ per modum voluntatis procedit. sicut verbum dicit aliquid quod ab intelligente emanat. ⁊ sicut ipsum intelligere non dicitur verbuz quia non est de ratione actus proprie vel realiter ꝙ emanet. propter quod ipsum verbum solum personaliter dicitur. quia soli persone competit proprie emanatio. ita non ipsum amare dicetur donum. Sed id quod a voluntate formatur. ⁊ qō liberaliter. ⁊ per modum voluntatis emanat. ⁊ qz sic emanare per modum volūtatis competit soli spiritui sancto. qz solus ipse dicitur amor. sic accipiendo amorem. sicut soli filio competit emanare per moduz intellectus. vnde solus spiritus. s. proprie loquendo in trinitate in creata dicetur donum. sicut solus filius dicetur verbum. ⁊ ista est sententia Augustini. xv. de trinitate. c. xvii. qui ait. non frustra in hac trinitate. non dicitur verbum dei nisi filius nec donum dei nisi spiritus. s. extendendo nō nomen doni ⁊ aliis competere potest. ex hoc autem apparet solutio rationis illius quā dimisimus in solutā ꝙ licet amor sit quid commune omnibus. ⁊ essentialiter dictus donum tamen personaliter sumitur eo ꝙ proprie dicatur donum amor personaliter sumptus. non essentialiter. Ad primum dicendum ꝙ non ex quālibet processione sumitur ratio doni. sed ex processione per modum voluntatis. processio aūt que cōpetit filio nō est ꝑ modū volūtatis. sed per modū intellectus. vel per modum nature. Ad secundum dicendum ꝙ non omni quod datur. competit proprie ratio doni vt in sequenti questione patebit. Ad tertium dicendum ꝙ Iz dari competat etiam filio. non tamen cōpetit ei. sicut competit spiritui sancto. qz etiam ꝙ filius detur spiritus s. dicitur esse ratio. cum filius ex amore detur iuxta illud in tantū deus dilexit mūdum vt vnigenitum filium suum daret. spiritui sancto tamē cōpetit dari. qz est amor cui per se ⁊ primo competit ratio doni. Iz ergo ex eo ꝙ datur spiritus s. arguamus ipsum esse donum ex eo tamen ꝙ datur filius non proprie competit ei ratio doni. Ut tamen intelligantur verba Augustini. notandum ꝙ in tantum. ⁊ in quantum. ⁊ talia quandaz causalitatem videntur dicere. causalitas autem aliquando est in essendo aliquando in inferendo.

Cum dicitur ꝙ spiritus. s. in tantū est donuz in quantum datur non est intelligēdum ꝙ ipsa datio sit causa quare. spiritus. s. sit donum. cū datio sit quid temporale. donum sit quid eternū. ⁊ temporale non sit causa eterni Immo magis econuerso. ex eo ꝙ est donum habet ꝙ detur. Solū ergo per illationem dictum est ꝙ ex eo. ꝙ spiritus s. datur mō quo dixim⁹ inferre possum⁹ ꝙ sit donū. Ad. iiij. dō. ꝙ licet filio cōpetat dari per spiritualē missionem. non tñ ꝓprie dicitur donum. vt ꝓz. Vel dō ꝙ Iz ex missione filij arguamus filium eē datum. tñ qz ille effectus ꝑm ꝙ filius mitti dicitur. ⁊ dari hz rationem doni ꝑ spiritum. s. si arguimus proprie filius dicatur donum. sed ꝙ spiritus sanctus.

Qō. x.

Tertio queritur vtz spiritus. s. sit donuz in quo oia dona dantur. ⁊ videtur ꝙ non. qz dona que nobis dātur. sunt gdē effect⁹ dei. sed rō effectuum vī esse fili⁹ eo ꝙ pater oia ꝑ filium operatur. nō ergo ꝓprium ē spiritui. s. esse donum in quo oia dona dantur. Preterea alique dona sunt ꝑm que mittitur filius. sed dona ꝑm q̄ ꝑsona mittitur appropriantur illi persone. er-

go saltē illa dona dicentur nobis dari p filium ap
propriate nō p spīm.s. Preterea ipsa diuina es
sentia dicitur eē donuz quoddā eo q̄ pater dedit
eam filio. sed respectu talis datōis nō est p̄ncipi
um spiritus sancti cum non hēat rōnem p̄ncipij
respectu filij. ergo ꝛc. Preterea ipse filius dicit
nobis datus. sed vt dictum est respectu filij non
hz rationē principij spiritus.s. ergo ꝛc. Prete
rea si donum datur per donum. ratio doni bi
in infinitum. eo q̄ tunc doni esset donum. nam
si motionis esset motio. ratio motionis iret in in
finitum vt potest haberi. in quinto physicorum.

Preterea. Quicquid est erp̄ssiuum alicuius
esse apud.s.s. nemini dat. sz ꝑpetas psonalis apō
s.s. ē alicui9 eē erp̄ssiua. ergo nemini dat. maior
pbatur p Aug. xv. de tri. c. viij. s.s. apud se dō ē
ꝛ nemini dat. ergo penes illud qō apud se ē. n e
mini datur. minor pbatur q̄ ꝑpetate sua est. s.s.
dicente Augu. vij. de tri. Nō eo quo deus ē. s. s.
ē deitate deus spiratōe passiua. s.s. Preterea.
impossibile ē ponere relatōem. sine termino ꝛ ei9
fundamēto ḡ. (si donabilitas appropāt. spūi. s. rōe
ꝑpetatis psonalis.) q̄ritur de fūdamēto. nō pōt
eē eēntia diuina. vt in spū. s. q̄ vnica rel'o. spūs. s.
pullulat ab ipa. p̄cessio passiua nō ē fundamētuz.
q̄ rel'onis nō est rel'o: tū q̄ vnica relatio realis ē
in spiritu. s. Hec ē euadendum p hoc. q̄ dicit re
lationem rationis cum ipse spiritus sanc. fm ma
gistrum procedat vt donum ꝛ donabilis. ḡ real'r.

In contrarium est magister in littera qui di
cit omnia dona dari per spiritum sanctum.

Preterea omne quod datur. vel datur ex amo
re. vel datur ex timore: vel datur ex cupiditate vt
cum nō dat aliquid. q̄ sperat habere mai9 ma
gis est mercator. ꝛ questus q̄ donum: Cuz da
tum datur ex timore vt cuz homo dat aliquid.
quia timet amittere maius illo. magis est que
dam redemptio q̄ fit donum. solum ergo donuz
est quod ex amore datur. sed proprie spiritus san
ctus dicitur amor. ergo per ipsum omnia dona
dantur. Responsio dicendum q̄ sicut vide
mus in trinitate creata arguere possumus in in
creata. vbi ratio dissimilitudinis non repugnat
sic enim videmus in creata trinitate q̄ per mo
dum intellectus emanat aliquid vt v̄bum quod
est principium ꝛ ratio omnium eorum que intel
lectualiter ꝛ per modum artis procedunt ab ho
mine. quia vt habitum est per Augustinum ini
tium omnis operis per verbum ꝛ sicut ex parte
intellectus emanat aliquid vt verbum in quo
omnia intellectualiter fiunt. sic ex parte volunta
tis formatur aliquid qō nomiatur amor eo q̄ p
prium nomen eius non habemus. in quo om
nia que per modum voluntatis ꝛ liberaliter ema
nant dari dicuntur. ꝛ quia omnia dona liberali
ter a dante dicuntur procedere per talem amo
rem omnia dona dantur. ꝛ sicut est in trinitate
creata ex parte intellectus q̄ verbum est ratio
omnis operis. sic verbum in trinitate increata.
est ratio omnium eorum que procedūt a primo
intellectualiter ꝛ per modum artis. quia ista est
conuenientia inter verbum nostr̄ ꝛ diuinum vt pōt
haberi ab Augu. xv. de tri. c. xvj. propter quod
ferto de trinitate capitulo vltimo dicitur ars om
nipotentis dei plena rationum omnium viuen
tium. sed sicut se habet verbum diuinum ad ver
bum nostrum. sic se habet. spiritus sanctus qui
amor dei dicitur ad amorem nostrum qui per
modum voluntatis formatur. Dabuntur er
go omnia dona dei in spiritu sancto ꝛ per ipsum
sicut omnia dona hominis dantur in amore hu
mano ꝛ per eum. Quomodo autem hoc sit. no
tandum q̄ quanto aliquid magis. secundum es
se suum est tale. est magis propie tale. ꝛ primo
tale. eo q̄ idem est esse primo tale ꝛ maxime. vt
potest haberi ex secundo metaphisyce. ꝛ quia ni
hil accipit esse per modum liberalitatis proprie
nisi amor. amori per se ꝛ primo competet ratio
liberalitatis. Cum igitur de ratione doni sit q̄
liberaliter detur nihil erit donum per se. ꝛ pri
mo nisi amor. omnia alia intantum sunt dona in
quantum ex amore dantur. ꝛ amorem partici
pant. ꝛ quia amor prout amori competit ratio
doni est proprie spiritus sancti9. ꝛ nulla alia in tri
nitate persona cum nulla alia persona diuina
per modum liberalitatis emanet. datio omnium
donorum appropriabitur spiritu sancto. ꝛ per
ipsum omnia dona dabuntur propter quod Au
gustinus quinto decimo de trinitate capitulo de
cimo nono ait q̄ per donum quod est spiritus
sanctus omnibus membris Christi quibusq̄ do
na propria diuiduntur. Ad primum dicendus
q̄ omnes effectus diuini a deo procedūt. sicut ar
tificialia ab artifice. propter q̄ opus nature opus
dei dicitur. quia omnia naturalia comparata ad
deum comparantur ad ipsum vt artificialia ad
artificem: artificialia autem non soluz procedūt
per modum intellectus. sed etiam per modum
volūtatis eo q̄ respectu talium agens erit in opus
per voluntatis imperium. propter quod emana
tionis effectuum diuinorum est ratio spiritus san
ctus. ꝛ vt emanant per modum voluntatis vt
vt sunt volita sicut eorum est ratio filius vt
emanent per modum artis ꝛ vt artificiata. Et
qua tales effectus non habent rationem doni
nisi vt liberaliter procedunt secundum q̄ dona
sunt appropriantur spiritui sancto ꝛ ñ filio. ꝛ dari
dicuntur in spiritu sancto appropriate. non in fi
lio. Ad secundum dicendum q̄ licet aliqua
dona secundum specialem rationem sumpta ap
propientur filio. vtputa dona sapientie. ꝛ que
perficiunt intellectum sumpta tamen secundum
communem rationem doni ꝛ vt dona sunt. quia
non sunt talia nisi quia dantur ex amore. datio
eorum appropriatur spiritui sancto. Ad ter
tium dicendum q̄ sicut loquimur ex parte intel
lectus ꝛ de verbo. sic loqui debemus ex parte vo
luntatis ꝛ de amore. cum enim dicimus. inuiuz
omnis operis verbum. non intelligendum est
q̄ omnis operis quod procedit ab homine sit
principium verbum. sed solum eorum que pro
cedūt per modum intellectus. ideo cum aliquis
agit per imaginationem sicut ferit tactus bar
be. vt pōt exempluz Cōmē. in lib. de anima: hu
ius operis nō erit principium verbum. Simili
eoz que naturaliter efficiuntur in nobis vt augu
mentatio ꝛ nutritio ꝛ talia non erit principiū ver
bum eo q̄ non intellectualiter producuntur. sic
ex parte voluntatis debemus dicere. nam cū di
cimus amorem rationem esse omnium donoz
que per modum voluntatis cōmunicantur. sed
essentia diuina cōmunicatur filio naturaliter. ga
ex virtute nature in eādē naturā natiuitate subsi
stit filius vt dicit Augu. xv. de tri. ꝛ hō in littera.

ideo non oportet tale donum per spiritum sanctum dari. nec tñ propter hoc negare debemus omnia dona dari per spiritum sanctum quia ſm phm. iiij. topic. datio est genus doni. Est enī donū datio non quelibet sed irreddibilis in quo liberalitas quedam datur intelligi: et quia solum liberaliter procedunt que p modū voluntatis emanant et si sumatur proprie nomen doni et non vt extenditur ad omnem dationem cum solum sint dona que ex amore et per imperium voluntatis dantur simpliciter concedi debet p spīm sanctum omnia dona dari. Ad quartō dicendū q̄ sicut distinguitur cōmuniter et bñ datus differt a dono in tribus. in ꝓsignificato. et in significato. et in modo significandi. in consignificato: quia cum datus sit participium consignificat tempus non donū: cum sit nomen. et ideo nihil dicitur datus nisi qō ex tempore conferatur. donū tamen dicitur eternaliter. etiam spīritus scūs differt in significato: qz donum supra dationez addit in reddibilitatē et liberalitatē quandā. differt in modo significandi quia datum dicit auctualem dationem donū habitualem. Ex quo apparet q̄ licet filius dicatur nobis dari: quia ex tempore est nobis actualr collatus non tamen dicitur donum. vt spīritus sanctus. quia nō per modum liberalitatis emanat. nichilominus tamen vt nobis datus est tempore aliter per spīritum sanctuz datum dicitur eo q̄ per amorem datus est. Et q̄ arguitur q̄ spīritus sanctus non habet rationem principij supra filium. dicendum q̄ licet super personam filij auctoritatem non habeat auctoritatez tamen habet super effectum ratione cuius filius dari dicitur. et hoc sufficit ad hoc q̄ filius per spīritum nobis detur. Ad quintum dicendum. q̄ licet omnia dona detur per amorem et per spīritum sanctum non tamē oportet spīm. s. simpliciter dari in oī dono. sicut nec in oī dono mittit: vt ē superi⁹ declaratū sed solum dari dicitur in illo dono quod sibi per omnez modū appropriatur et huiusmodi est caritas vel gratia que sibi potest appropriari. non solum ſm communem rationem doni ſm quem modum sibi omnia dona appropriantur. ſm etiā ſm specialem. Ad sextum dicendum q̄ motio nis non est motio: quia motio vt motio non terminatur ad motionez: nec est motionis subiectū: tamen motionis est motio tanq̄ causa et principium: vt motus solis in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis in istis inferioribus vt dicitur in secundo de geñ. et isto modo doni est donum quia spīritus sanctus est ratio quare omnia dona dātur. Ad septimū dicendū est q̄ maior est vera loquendo de esse reali: qz sua essentia nemini datur nec sua ꝓprietas psonalis in q̄tuz ꝓcedit p moduz doni. et ita est amor actualis sed bene datur in q̄tum est donū datum: qz tūc dicit respectū id extra ꝓnotans ꝓcessionē suā ad intra. Ad vltimū dicendū est q̄ ex quo procedit spūs. s. vt amor actualis et vt donū. ideo dicit respectuz ad dantem. et illo modo dici potest q̄ fundat sup personalitate spīritus sancti.

Postea queritur vtruz spīritus sanctus sit eo donum quo deus. et videtur q̄ nō: quia deus est quid absolutum donum: est quid relatum ſm Augustinum. sed in diuinis non est aliquid quid relatum quod dicitur absolutum cum relatio ibi maneat ſm suuz genus. ergo et cetera. Preterea esse deum competit omnibus personis et etiam esse vnum deū ergo si ita se haberet donuz competeret omnibus esse donū et vnum deum. sed ſm Aug. xv. de tri. ca. xvij. ita quia cōpetit spīritui sancto sicut filio verbum: sed vt dicitur. xv. de tri. ca. ij. pater et filius nō sunt simul ambo vnum verbū. ergo pater et spīritus sanctus nō ambo vnum donū: sed sunt ambo vnus deus. ergo ꝛc. Preterea esse donum cōsequitur processionē ſm modū intelligē di: quia spīritus sanctus precedendo accipit q̄ sit donum: sed diuinitas nō cōsequitur processionē etiam ſm intellectū cum nō generetur nec procedat nec per se nec per accidens. ergo licet spīritus sanctus processione sit donum processione nō erit deus. Preterea. nō eadem rōne aliqd noiatur specialr et cōmuniter sz deus est qd cōmune donū et quid ꝓpriū ergo ꝛc. Incontrariuz est q̄ ſm Hylariū sicut ex virtute nature in eandē naturā necessitate subsistit filius sic ex virtute nature in eā dem naturā processione subsistit spūs. s. vt in lra habet. ergo p processionez habet spūs scūs q̄ sit eiusdē nature cuz patre et filio et sit vn⁹ deus cum illis. sz ꝓcedendo accipit q̄ sit donū. ergo eodē est deus quo donū. Preterea. Aug. iiij. de tri. ca. penult. dicit q̄ spūi scō donū esse est a patre procedere. et xv. de tri. ca. xxvj. scribit q̄ sicut filio prestat essentiā sine initio tēporis sine vlla mutabilitate nature de patre generatio. ita spūi scō prestat essentiā sine vllo initio temporis sine vlla mutabilitate nature de vtroq̄ ꝓcessio. ergo spūs scūs eodē: qz ꝓcessione est donū et hz dictā essentiā: sed habēdo talē essentiā dicit deus. ergo eodē est deus quo donū. Rño dicendū q̄ cuz quelibet psona diuina sit simplicissima nō possum⁹ in ea ponere aliqua realiter differētia: quia in nullo supposito ponuntur talia nisi habeat esse composituz. ideo quocunq̄ sit donuz vel quocūq̄ sit deus illa duo realiter differre non possunt. sed si differunt hoc erit ſm rationē solum. ideo aduertēdum. q̄ sicut pater nō est eo pater formaliter quo deus: sed paternitate est pater et diuinitate est deus: vt satis innuit Aug. vij. de tri. ca. iiij. q ait. aliud est deo esse aliud patrē esse. et in lra dicit: q̄ nō ē eodē de⁹ pater: quo deus. sic et filius nō est eo filius quo deus ita et spūs. s. formalr loquēdo nō est eo donuz quo deus: sz donū est ad ꝓprietatē relatiuā cū donū relationē iportet. deus est p essentiā vel p naturā cū deus qd absolutū significet. sed si nō loquimur formaliter: sz quo ad originē: vel ſm ordinē acceptionis. cū processionē accipiat spūs. s. q̄ sit donum et q̄ sit deus eodē est donū et de⁹. et est simile sicut si aligs currēdo calefieret et lassaret. nō eodē formalr diceret lassatus et calidus: sed lassat⁹ lassitudine: calidus calore. tñ causalr siue originalr et cōsecutiue: qz ſm q̄ ordinatur ad idē vt ad cursum consequitur vel recipit lassitudinez et calorē eodem vt cursu vtrūq̄ reciperet. ita spīritus sanctus processione sua: et accipit q̄ sit donum. et accipit q̄ sit deus. licet formaliter loquēdo sit ꝓprietate donum et natura deus: vt patet per auctoritates arguēdo inductas. si tamen queritur qō cōpetit ei prius. an accipere q̄ sit deus: an q̄ sit donum. dicendum q̄ ibi ſm rei veritatē. nihil prius vel posterius. ſm tamen moduz intelligendi est ibi aliqua priozitas et posterioritas vt quia nō intelligimus ea que in trinitate existūt nisi per esse

ctus ſm q̄ in effectibus priozitatem ⁊ posteriozi tatem comſpicimus ſm modum intelligendi ibi aliqua criſtit priozitas. notandum ergo q̄ natura diuina per processionez communicata personis: habet ſimilitudinem ⁊ dissimilitudinē prout na tura creata per generationem cōmunicatur cre/ atis suppositis: quia sicut creature generate acci piunt naturam per generationem sic persone di uine procedentes accipiunt naturam per proces/ sionez. ꝓpter q̄ ibi natura diuina potest aliquo modo dici processionis terminus sicut in creatus natura creata est ter minus generationis. est au/ tem cum ista ſimilitudineo issimilitudo. quia cre ature genite non accipiunt eandem naturam nu mero quam habent gignētia. sed persone diuine procedentes eandem naturam numero per pro/ cessionem accipiunt ꝙ̄ habet a quo procedunt: propter q̄ natura in eis ita est processionis termi nus q̄ nec p se nec p accidens procedit. nam cau sa quare generatur in hoc creato natura per acci/ dens est: quia natura in eo esse accipit. cum nō cō municetur ei nā gignētis. ⁊ ſm q̄ aliquid acci/ pit esse: sic gigni ⁊ procedere dicit. ℣Hoc viso. sciē/ dum est q̄ in creaturis generatio ⁊ p cessio ⁊ vni/ uersaliter omnis motus extendēdo motū ad om/ nem mutatione m per se ⁊ primo terminatur ad aliquam formam absolutam ⁊ acquirendo p mo tum vel per mutationem naturam absolutam ex consequenti res acquirit relationem ⁊ respectuz: vt cum quis per alterationem acquirit albedinē ex consequenti dicitur ſimilis. propter q̄ dictuz est in. v. phiſic. q̄ in ad aliquid nō est: non est mo tus. iſte ordo qui reſeruatur inter absolutum ⁊ re spectiuum. licet vno eodē motu vtrumq̄ acqui ratur tamen per se ⁊ primo ſm motuz acquiritur absolutum ex consequenti relatio competit forme absolute non ratione qua generatur per accidens sed ex eo q̄ est generationis terminus. nam si ali/ quod calidū assimularet sibi aliquod corpus. da ⁊ to q̄ eundem calorem numero quem habet indu ceret propter q̄ sequeretur calorem in calefacto nec per se nec per accidēs generari eo q̄ in ea nō acciperet esse: tamen secūdum modum intelligē di calefactum prius consequeretur formam calo ris quo diceretur ſimile calido generandi: quia non diceretur ſimile niſi ex eo q̄ talem formam consequitur. Et quia natura diuina in hoc conue nit cum natura creata q̄ potest dici processionis terminus. licet nec per se nec per accidēs ꝓcedat ſm modū intellīgendi prius ꝓsona ꝓ eedēſ naturā accipit ꝙ̄ ex tali acceptione ſm proprietatem re/ lativam ad ſuum principiū referatur. igitur ſpi/ ritus sanctus ſm modum intelligendi prius acci pit q̄ ſit deus ꝙ̄ accipiat q̄ ſit donū. licet vtrūq̄ procedendo accipiat. Ad primum dicendum q̄ nulla persona eodem dicitur relatiue ⁊ absolu te formaliter origine tamen eodez dici potest vt patuit. Ad secundum dicendum q̄ licet ſm eā dem rationem formalem ſpiritus sanctus nō ſit deus ⁊ donū: quia est cuz patre ⁊ filio vnus deus non est tamen vtroq̄ vnum donū per eandem tamen originem: vtrumq̄ accipit vt ostensum est. Ad tertium dicendū q̄ licet diuinitas nec per se nec per accidēs procedat. potest tamē dici processionis terminus. cum per processionē pro cedentibus communicet. ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ eodem modo originaliter ſpūs sanctus ſit deus ⁊ donum. Ad quartuz dicendum q̄ non eadē ratione formali alicui competit q̄ est propriuz ⁊ cōmune. ℣Potest tamen ei competere per eandē originem vt patet per habita.

Q3.xi.

Vltimo queritur vtrum ſpiritus sanct' ℣ possit dici ſpiritus noſter. ⁊ videtur q̄ non: quia non dicitur nostrū niſi q̄ ali/ quam relationem habet ad nos: sed in nomine ſpiritus non videtur aliqua relatio deſi gnari quia ſm Augu. ij. de trini. ca. x. ſpiritus di citur aliquid propter incorpoream naturam: sed ratione talis nature in aliquo non intelligitur et respectus. ergo ⁊c. ℣Preterea. sicut ſpiritus est quedam in trinitate persona sic ⁊ filius: sed de fi/ lio non dicitur q̄ ſit filius noſter: vt dicit Augu. xv. de trini. ca. xii. ergo nec de ſpiritu sancto dici debet q̄ ſit ſpiritus noſter. ℣Preterea. ſm Au/ guſtinum. xv. de trini. ca. xxx. sicut corpus carnis nihil est aliud ꝙ̄ caro: sic donum ſpiritus sancti. nihil est aliud q̄ ſpiritus sanctus: sed ſpiritus san ctus non potest dici donum nostrum eo q̄ nō est donum alicuius niſi eius quod ipſum dare pōt: sed ſpiritum sanctum dare non poſſumus: vt ſu perius est ostensum: sed idem est ſpiritus q̄ donū ſpiritus. ſi non potest dici donum nostrum nō di cetur ſpiritus noſter. ℣Preterea ſi. ſpiritus sancto dicitur ſpiritus noſter: hoc est quia datur nobis. sed filius datus est nobis. ⁊ non dicitur filius no ſter. ergo ⁊c. ℣Preterea. magis videtur verū q̄ ſpiritus sanctus poſſit dici deus noſter ꝙ̄ ſpiri tus noſter. sed non videtur q̄ debeat dici deus noſter: quia deus ſm Ambroſiuz libro primo de trini. ⁊ habetur in littera secunde di. est nomē na ture. sed in natura diuina non intelligitur relatio reſpectu noſtri: nec pōt dici nā nra. ergo nec deus noſter non igitur est bene dictum q̄ ſpiritus sanc/ tus est ſpiritus noſter. ℣Incontrarium est magi ſter in littera qui dicit q̄ debet dici ſpiritus no/ ſter. ℣Preterea. dictus est ſpiritꝰ helye ⁊ moyſi ait dominus: tollaz de ſpiritu tuo que omnia ſm magiſtrum concludunt q̄ poſſit dici ſpiritus no/ ſter. ℟ſio. dicendum q̄ iſtam queſtionem de/ terminat Aug. v. de tri. ca. xiiij. vbi oſtēdit q̄ ſpi ritus sanctus debet dici ſpūs noſter. Ad cuius euidentiam notandum q̄ non dicitur aliquid no ſtrum niſi ex eo q̄ habet aliquam relationem ad nos q̄ ex ipſo nomine inſinuatur relatio in quam deus habet ad noſ nō pōt eſſe niſi relatio cauſe. ⁊ ideo ſm oīa illa nomina ſm que deus ita dicit no ſter q̄ intelligitur habere quandā rationem prin cipii reſpectu noſtri. noſter conuenienter dici po test abſq̄ copula verbali media. ⁊ ideo dicitur do minus noſter ⁊ pater noſter deus noſter ⁊c. huiuſ modi que rationem principii important. Quan tū ad ea aūtque nō diceretur habe rationem pri cipij. ſed magis q̄ est ex princip io non dicitur no ſter. ideo ypotaſis verbi nō dicitur filius noſter eo q̄ in nomine filij nō datur intelligi ratio prin cipii. ſed magis q̄ est ex principio: quia filius ſm q̄ huiuſmodi non refertur niſi ad patrem. ideo abſq̄ copula verbali media cum nos non ſimus pater eius: non debet dici filius noſter. tamen cō copula verbali potest concedi: vt dicatur filius est noſter in quantum datus est nobis. ſed in no/ mine ſpiritus: quedam ratio principij deſigna/ tur. nam licet propter incorpoream naturam ali/

quid dicatur spiritus. vt in argumēto tangebatur. tamen multotiens in diuinis scripturis a quadam vehementi impulsione nomen spiritus est acceptū vñ Judicū .xiij. dicitur. q̄ irruit spiritus domini in sanſonez. Et actuū. ij. legitur q̄ factus est de celo sonus tanq̄ aduenientis spiritus vehementis. quia ex eo q̄ datur nobis spiritus sanctus, quadam vehementi impulsione agitamur. iuxta illud ad ro. viij. qui spiritu dei aguntur hi filij dei sunt. ⁊. xv. de tri. ca. xviij. cum spiritus sanctus datus fuerit homini: accendit eum in dilectione dei ⁊ proximi. causa autem huiusmodi est: quia non est illud donum sicut cetera dona. nam si aliqua dona nobis data sunt in potestate nostra. ex eo tamen q̄ nobis datur tale donum sumus in potestate eius. Aduertendum tamē q̄ quia ista impulsio ⁊ quedā ratio principij respectu nostri designatur in nomine spiritus magis q̄z in nomine spiritus. s. dicitur spiritus noster. ⁊ nō spiritus sanctus noster. vt magister tangit in littera. ⁊ ista videtur via. Augu. libro ⁊ caplo predicto. vbi istam questionem determinat q̄ filius nō dicitur noster: quia ſm q̄ filius nō refertur ad nos. sed ad patrem. sed spiritus sanct⁹ dicitur noster: quia ſm q̄ donum dei est. ⁊ nobis datur non soluz refertur ad dantē. sed ad eos quibus datur: quia vt dictum est eos agitat ⁊ cōmouet ad dei ⁊ proximi dilectionem que agitatio nomine spiritus denotatur. Ad primum dicendū q̄ licet spiritus dicatur aliquid propter incorpoream naturam. accipitur tamen in scripturis propter vehemētem impulsionem. ratione cuius habet quādam rationē principij respectu nostrum quibus datur. vnde spiritus noster dicitur.

Ad secundū dicendum q̄ vt habitum est nomina ſm que deus dicitur noster debent designare rationem principij. ⁊ ideo cōmuniter distinguitur. ⁊ bene q̄ cū deus sit in triplici genere cause respectu nostri. vt potest haberi a Cōmen. super. x. methafice. s. in genere cause efficientis. formalis ⁊ finalis ſm ea ratione quorum designatur habitudo ad nos ſm aliquā rationē principij tactā debet dici noster. veruz quia simpliciter est finis noster ⁊ efficiēs noster. non tamen absq̄ distinctione conceditur q̄ sit forma nostra. ſz forma exēplaris. tñ ſm nomina p que denotatur habere rationem principij respectu nostri in genere cause finalis ⁊ efficientis simpliciter debet dici noster: vnde dicitur ꝓductor noster. creator noster. quātum ad causam efficientem. bonuz nostrum. beatitudo nostra. q̄ztum ad finalem. ea autem que designant habitudinem forme non sunt cōcedenda simpliciter. nisi prout designant habitudinem forme exēplaris. vnde dicit sapientia nostra: quia ab illa sapientia est nostra sapientia exemplata ⁊ ſm illum modum loquitur Dionysius. iiij. celestis ierarchie. q̄ esse omniū est superesse diuinitas. quia ab esse diuino est esse omniuz exēplatum. sed filius nullam rationem principij ſm q̄ tale dicit. immo in nomine filij solum denotatur respectus ei⁹ q̄ est ex principio nō principium. ⁊ ideo non conceditur q̄ dici possit filius noster. Ad tertium dicē dum q̄ licet sit idem donum spiritus. q̄ spirit⁹ magis tamen designatur ratio principij in spiritu propter vehementiā impulsionis q̄z in dono. ⁊ ideo magis conceditur q̄ sit spiritus noster q̄z donū nostrū. Rursum melius dicitur datum nostrum q̄z donum nostrum. nam hic conceditur q̄ sit datum: sed q̄ sit donum nostrum non proprie cōcedi potest: quia in nomine dati designatur relatio actualis ad nos. nō autem in nomine doni: quia donum dicitur etiaz si non detur. iuxta illud Augu. v. de trini. ca. xv. spiritus sanctus donum erat ante q̄z esset cui daretur.

Ad quartum dicendum q̄ ⁊ filius potest dici datum nostrum non tamen filius noster: quia in nomine filij nō designatur relatio ad nos sicut in nomine dati. nec spiritus sanctus quāuis nobis detur diceretur spiritus noster nisi in nomine spirit⁹ relatio respectu nostri denotaretur. Ad quintum dicendum q̄ ⁊ si deus naturam signat vt ait Ambrosius. tamē ab operatione imponitur: vt dicit Dama. ꝓmo li. ca. xviij. ratione cuius debet dici deus noster.

Uper litteam super illo. (nō enim singuli ſ ⁊c.) vult magister q̄ habentes spiritum sanctū non habēt omnia dona eius. Contra. dona spiritus san. sunt ea ſm que datur spūs sanctus vt dona gratuita: sicut ⁊ charitas sed hoc habent ab oībus qui habēt spiritū sanctū. dicendum q̄ dona gratuita quedaz sunt gratis data. quedā gratum facientia. ⁊ omnia gratum facientia habentur a quolibet qui habet spiritū sanctum non autez omnia gratis data: quia nō omnes operātur miracula a: no omnes habent prophetiā. Et de talibus loquitur magister: vel Aug. cuius auctoritatē inducit. Item sup illo. (relatio nō apparet in nomine spiritus sancti sicut in nomine doni. Contra sicut donuz dicitur respectu donationis. ita spiritus respectu spirationis. dicendū q̄ in nomie doni designatur relatio simpliciter ⁊ ex suo significato: sed in nomine spiritus non. sed si relationez importat hoc est in quātum indicat psonam que per actuz spirationis accipit esse ratione cuius acceptionis relationem designat. ideo si vtrobiq̄z importat relatio. non tamē eodem modo nec ita apparet in nomine spiritus: sicut in nomine domini. Item sup illo. (non est vt ait Hyllari⁹.) notandū q̄ Hylla. intēdit separare processionem psonarum a processione creaturarum: ſm q̄ per processionem creatam importatur aliquis defectus. inuenim⁹ enim triplicē processionem in rebus: quia quedā generātur ⁊ procedunt non per virtutem nature: sed per defectum ⁊ corruptionē: sicut procedunt apes ex corruptione carnium bouis. ⁊ vespe ex corporibus equoz mortuozum. ⁊ muscitiones ex vino corrupto: vt narrat Cōmentator dixisse themistiuz in .xii. methafisice. Quedam generantur non ſm subsistentem vposita sim. sed per quandam processionem: vt ramus ab arboze. Quedam non per natiuitatē esse accipiunt sed magis per quandā deriuationē: vt riuus a fonte: ⁊ quia omnia ista imperfectionem dicunt. dicit Hyllarius q̄ (deus non est ex deo per defectionez) in quo remouet pri mum modum. (aut per processionem.) in quo remouet secundū: (aut per derivationem.) in quo ammonet tertiū. (ſz ex virtute nature. propter ea que per defectuz generātur. (in eādem naturam subsistunt.) propter ea que nō generantur vt subsistant. (sed per quādam processionē.) quātum ad secundū modum. Et addit q̄ talis subsistentia inest filio per natiuitatē ex quo ea que per derivationem ⁊ non per natiuitatem accipiunt remouetur quod additur de spiritu sancto. (q̄ ex virtute nature ⁊c.) similem expositionē habet. Alia autez verba Hyllarij. (hic inducta in. v. dist.) sunt exposita. Item super illo. (non ille spiritus noster quo sumus.) Contra. esse omnium est super esse diuinitas. ergo spiritu sancto sumus dicendum q̄ spiritu sancto sumus efficienter non formaliter ſm q̄ ibi loquitur Augu. Item super illo. (tollendū de spiritu tuo.) Contra. dei spiritus nō est diuisibilis.

Dist. xix.

Preterea. spiritus moysi non fuit minoratus. ergo non fuit de spiritu eius acceptū aliquid. Preterea. gratia ſm quam datur spiritus non transit a subiecto in subiectum cum sit accidens. ergo nō fuit acceptum de gratia moysi. sed aliis fuit supernaturaliter infusa. Ad primum dicendum q̄ licet spiritus dei nō sit diuisibilis ſm essentiam. est tamē diuisibilis ſm effectus. Ad secūdum dicendum q̄ licet spiritus moysi nōfuisset diminutus per talem acceptionem quātum ad gratiam habitualē. fuit tamen diminutus quātum ad vsum: quia non oportebat ipsum post tot intendere sicut ante. Ad tertium dicendum q̄ non dicitur fuisse acceptū de spiritu moysi: q̄ gratia trāsiret de subiecto in subiectum: sed quia gratia sit infusa aliis ad similes act⁹ ad quos erat in moyse: et ideo dicitur fuisse acceptū de spiritu moysi et datus aliis. eo q̄ in aliis erat infusa gratia ac si a gratia moysi fuisset deriuata. eo q̄ gratia in illis ad similes ordinabat̄ actus.

n Hunc postquā tc.) sicut dictum fuit superius in personis diuinis quatuor est considerare: de quibus specialiter magister intendit determinare. in hoc primo. vz de essentie vnitate. personarum alietate durationis eternitate: et maiestatis equalitate. Expeditis primis hic de equalitate personarum determinat: que pars contra totum precedens diuisa fuit. Diuiditur autem hec pars in. par. d. quia primo magister facit quod dictum est. Secundo quasdam questiones propter pretactam incidentes determinat secūda ibi. (hic oritur questio.)in principio. xxj. di. Circa primum duo facit: quia primo dicit equalitatem esse in diuinis. et ſm que attenditur equalitas secundo probat quod dixerat ibi. (q̄ autem eternitate.) Circa primū duo facit: q̄ primo dicit equalitatem esse in diuinis quātum ad hec tria videlz quantum ad eternitatē. magnitudinem. et potestatem quod probat per Aug. secundo ostēdit hec tria idem esse propter eius simplicitatem: quod etiam per Aug. ostendit. secūda ibi. (cunq; enumerent.) Deinde cum dicit. (q̄ autem.) probat quod dixerat. et duo facit. quia primo continuat se ad dicenda secūdo exequitur de ꝓposito ibi. (Sciendus igit.) Circa primū duo facit. quia primo dicit ostensus esse superius inter psonas diuinas equalitatez esse quātum ad eternitatem. secundo addit ostendendū esse equalitatem existere. quātum ad magnitudinem et potestatem. secunda ibi. (Nunc igitur.) deinde cuz dici (sciendum.) probat quod dixerat. et duo facit. quia primo ostendit inter patrem et filium equalitatem esse quātum ad magnitudinem. secundo quātum ad potestatem ibi. (nunc ostendere.) in q̄rincipio. xx. distin. Circa primum tria facit. ſm q̄ tripliciter probat diuinas personas in magnitudine coequari. quia primo hoc ostēdit ex diuina perfectiōe. secundo ex eo q̄ in diuinis non est totalitas partialitas et cetera huiusmodi que equalitatem impediūt. tertio magnifestat hoc ldem ex ipsa diuina simplicitate. secunda ibi. (Sed iam nunc.) vbi presens lectio terminabitur. tertia ibi. (Sciendū est igitur) Circa primum duo facit. quia primo dicit inter diuinas personas equalitatem esse: quia quelibet est perfectus deus. secundo ex hoc cōcludit q̄ propter talem perfectionem et essentie vnitatem persone sibi insunt ibi. (et inde est) Circa quod tria facit. quia primo ꝓbat psonas sic sibi iesse p auctoritatē Aug. secundo per Hylla. tertio per Ambro. secunda ibi. (vnde etiam Hilla.)ter. ia ibi. (vnde etiā Amb.) Circa q̄ duo facit. quia primo adducit auctoritatē eius. secūdo ostendit psonas sic sibi inesse. esse tenēdum eo q̄ tam tres illustres viri ad hoc concordāt. secunda ibi. ecce tribus.) In quo terminatur sententia lec. et di.

q Via magistri intentio in presenti lectiōe circa duo versatur. videlz circa diuinaz equalitatem. et circa personarū diuinarū in hesionem: Ideo de his duobus querem⁹. circa primum querem⁹ tria. Primo vtrū sit ibi equalitas. Secūdo vtrum multa. Tertio de his ſm que attenditur equalitas. Nō.ꝑmu

a Ad primum sic proceditur. videtur q̄ in diuinis nō sit dare equalitatē: quia equalitas commēsurationem quandam dicit. sed quelibet persona est immensa. iuxta illud Ath. immensus pater. immensus filius tc.

Preterea. filius dicit patrem maiorem se quod Hyllarius exponit etiam ſm q̄ est deus vt habitū fuit. xvj. distin. sed maioritas repugnat equalitati.

ri possit q̄ ei respōdeat locus quantus. ideo angelo
moueri nō repugnat. vel dicere possumus q̄ motus
in cozporib⁹ ⁊ in angelis nō sumitur vniformiter.
ideo arguere de motu quē videm⁹ in cozporib⁹ ad
motum angeli non est cōgruum. Ad quartū dicē
dum q̄ ⁊ si nihil est in genere quod nō sit in aliqua
eius specie nō tamen oportet motum angeli reduci
ad aliquā spetiē motus: ſm q̄ ꝑ⁹ de spetieb⁹ mo⁹
tus logtur. Maz ꝑbus logtur de spetieb⁹ mo⁹: motus re-
pertis in cozporib⁹: motus aūt in cozporib⁹ ⁊ spiri-
ritib⁹ nō dicitur vniformiter: hz quasi equoce. Coz-
aūt que dicūtur equoce: vel quasi equoce nō oz esse
nec easdē differētias. nec eadē spetiez. ⁊ ideo mot⁹
angeli nō est directe in aliqua dictaꝝ spetiez: hz tū
aliq̄z similitudinē cū alteratiõe ⁊ motu locali. Nam
motus q attēditur ſm successionē actionū nō trāi
seuntiū in exteriozez materiā: hz similitudinē cū alte
ratione: qō dicitur q̄ alteratio sit ſm sensibiles qualī
tates dō q̄ alteratio ꝑprie sumpta: vt hz cē p passio.
nez acceptā proprie que magis facta abicit a subiā
tia: habet fieri solū ſm sensibiles qualitates. Sed
alteratio que respicit passionez large. put passio est
salus ⁊ receptio ſm quē modū intelligere est quodā
pati: sic alteratio est nō solū in parte sensitiua: sed in
intellectiua. ⁊ isto modo accipiendo alterationem
quodāmodo in angelo est alteratio: in quantū est in
eo successio cogitationū ⁊ affectionū: motus vero q
attenditur ſm actiões transeuntes in exteriozez ma
teriam assimilatur motui locali inquantū angelus p
successionem taliū operationū mutat diuersa loca:
⁊ qō dicitur q̄ motus sit propter indigentiam. vel
rum: est propriam vel alterius: vnde mouetur ange
lus non propter indigentiā suam: sed nostram. ita
tamen q̄ indigētia nostra non est finis angeli: sed fi
cut intelligētia mouet orbez propter generationez
⁊ corruptionem inferiorum: nec tū talis generatio
corruptio est terminus intelligētie: sed assimilatio
ad deum. Maz propter hoc mouet tanq̄z propter fi-
nem: vt assimiletur deo quā assimilationem conse
quitur eo q̄ causat mouendo orbem generationem
⁊ corruptionem in inferioribus. qz ex eo q̄ est causa
istorum inferiorum assimilatur prime cause que est
causa omnium. Sic ⁊ angelus non ponit nostraz in-
digentiam finem suum: sed deum ipsum cuius par
ceptum implet eo q̄ nostram indigentiam supplet.
Ad quintū dicēdum q̄ angelus quodāmodo per
se mouetur. ⁊ licet ipse nō sit quātus. operatur tamē
in loco quanto. ppter quod ei p se pōt cōpetere mo
ueri. mouetur etiam p accidens prout mouetur ad
motuz corporis assumpti. ⁊ qō dicitur q̄ tūc deus

ꝑ accidens moueretur: quia operatur in corporib⁹ motis. dicēdum ꝙ nō oportet: qz substātia spūalis nō mouetur ꝑ accidens ex eo ꝙ aliquod corp⁹ mouetur per se nisi diffiniatur in illo corpore. vnde aīa mouetur cum totum corpus mutat locū. nō tamen membrū aliquod singulariter mouetur. z ideo mouetur ꝑ accidens angelus ad motū corporis in quo est z nō ocus: qz angelus pōt diffiniri in aliquo corpore nō tamē deus. immo si totū vniuersum moueretur. non moueretur deus per accidens: quia celi ipsum capere nō possunt.

Dō. xj. f Secundo queritur. vtrum angelus cum moueatur de necessitate transeat mediū. z videtur ꝙ nō: quia si transit mediū commensurat se medio: sed ipse est impartibilis. Impartibile autem nō potest cōmensurari partibili. ergo cē. Preterea. angelus est in loco ꝑ operationem: sed pōt operari in vno loco z postmodum operari in alio absq; eo ꝙ operetur in medio. nam cum non operetur nisi vbi necesse habet operari. Si necesse habebit operari in ciuitate vna: z postea in alia: z nō via media: erit pr⁹ in vna ciuitate z postea in alia absq; eo ꝙ fuerit in medio. Preterea. actio sequitur modū nature. vnde quia ignis est nature ignee: ait igniēdo. ergo āgelus qui est nature intellectualis aget intelligēdo. ergo debem⁹ iudicare de actiōe angeli sicut iudicamus de actione intellectus: sed homo pōt cogitare de aliqua ciuitate z postea cogitare de alia remota ab illa: absq; eo ꝙ cogiter de ciuitatib⁹ intermedijs. ergo angelus qui intelligibiliter. est in loco vt dicit Damasc. ij. libro capᵒ. iij. Et intelligibiliter operatur: poterit esse z opari in vna ciuitate. z postmodū esse. z opari in alia valde remota: absq; eo ꝙ sit z opetur in locis medijs. Preterea. ſm phm. vj. phisic. omne qđ mouetur prius ptransit mediū equale sibi ēz magnitudo se: si ergo angelus cum mouetur ptransit mediū prius pertrāsit spatium equale sibi. sed ipse est quid impartibile. oportet ergo ꝙ commēsuret se prius impartibili. z qua ratione cōmensurat se vni impartibili inter medio. pari ratione cōmensurabit se z alij. ergo pertrāsibit omnia puncta. q̄ sunt in aliquo spatio. sed cum in qualibet linea sint infinita puncta: z infinita non cōtingat pertrāsiri. si ergo ponimus angelum trāsire per mediū cum mouetur ponim⁹ ipz nunq; cōplere motuz suū. qđ est incōueniens: immo nunq; mouebitur ꝑ aliquod spatium quātum. cum in quolibet spatio quāto sint infinita impartibilia. ergo cē. Incōtrarium est: quia cum angelus sit in aliquo loco in quo prius nō erat: vt patet p Damas. secūdo libro. capᵒ. iij. de necessitate mutat⁹ est. sed ante omne mutatū esse p:ecedit mutari: vt pbatur. vj. phisic. Mutari autem nō est in termino a quo: quis quāditu mobile est ibi nō mutatur: nec in termino ad quē: qz ibi est mutatū esse. ergo erit in medio. Si ergo nihil mutatū est qđ nō prius mutaretur: nihil transit ab extremo in extremū quod nō vadat p mediū. Preterea. mediū est ſm phm in quo prius mutatur qđ mouet: ēz in quod mutat vltimo. Sed nō est dare posterius absq; priori. ergo non est dare aliquid mutatū esse ad aliquē termiuū nisi prius moueretur ꝑ medium. Rño. dicendū ꝙ de hoc sunt diuerse sentētie. quidaz enī dicunt angelū nō ire ab extremo in extremū sine medio. quidam vero contrarium asserunt. ppter hoc aliqui volētes concordare opinionē vtrāq; dixerūt ꝙ angelus potest transire mediū z nō transire. z transire multa z pauca media: sicut placet ei. nam si operat in extremo vno z postea in alio. absq; eo ꝙ operet in medio transit ab extremo in extremū sine medio. si aūt operatur loco medio vno vel plurib⁹. trāsit vnū vel plura media. ratio autē ſm eos hec est. qz natura angeli est absoluta a loco. ideo pōt opari in hoc loco z postea in alio absq; eo ꝙ operetur in medio: vt autem appareat que sit veritas questionis quesite. notandum ꝙ motus localis alicuius. nihil est aliud ēz successio eius ſm ꝙ est in loco. z ideo quia videm⁹ corpora esse in loco per commensurationē. z motus corporum: nihil est aliud ēz successio cōmensurationuz. quia ex eo ꝙ corpora successiue se commensurāt locis vel spatijs dicūtur moueri per spacia vel per loca: z si esset possibile ꝙ corpus commēsuraret se isti loco. z postea commēsuraret se alij absq; eo ꝙ commensuraret se medio: iret de loco ad locū sine medio. z quia spiritus sunt in loco ꝑ operationez. sicut corpora per cōmensurationē. ideo mot⁹ spirituū nihil est aliud ēz successio operationū sicut motus corporum nō est aliud ēz successio cōmensurationuz. z si posset esse ꝙ spiritus operaret in vno loco z postmodum in alio absq; eo ꝙ operaretur in medio transiret de loco ad locum sine medio. sed hoc stare non potest. non enim cum operatur in aliquo extremo potest postmodum operari in alio si nullo modo operetur in medio. z est ratio: quia licz natura angelica in se considerata loco nō egeat. propter quod aliqui doctores grecorum: vt patet per Damascenū. libro secūdo. ca. iij. angelos ante mūdum creatos posuerunt. tamen si cōsideramus angelū vt est pars vniuersi nunc ēz est dare quin sit in aliquo loco. alr enim vniuersum nō esset conexum: z p̄ncipatus sumi principis qui deus est: nō esset vnus: vt superius tactuz fuit. z quia ratione huius ordinis vniuersi ꝓnexionis eius dicimus angeluz semp in loco esse. licz ſm se nō magis se habeat ad vnam partem vniuersi ēz ad aliam. tamen qz partes vniuersi sunt ordinate z vna pars alij parti cōnectitur. sequitur ꝙ nō eodez modo se habeat ad partes singulas vniuersi. immo partem magis ꝓpinquā parti in qua est respicit magis z minus ꝓpinquā min⁹. z pōt dari grossum exēplum. videmus enī ꝙ corpus aliquod de senō magis respicit hunc locum ēz illum locuz: quia pōt esse in vtroq; loco. nō tamen ꝓpter hoc dici deberet ꝙ possit transire de loco ad locū absq; eo ꝙ transeat medium. est tamen hoc exēplum dissimile quesito: quia licet sit aliquod corpus quod nō determinatur ad hunc locum vel ad illum: tamē determinatur ad locum. angelus autē de se nec determinatur ad hūc locum nec ad locum. Sed ratione qua est pars vniuersi determinat ad locum. Dicamus ergo ꝙ sicut corpus: quia actualiter ponitur in hoc loco magis respicit partes magis propinquas loco in quo est: z minus magis remotas. ideo propter hunc ordinē quem habent pates vniuersi. ab extremo in extremum sine medio ire nō potest. Sic angelus: qz propter cōnexionem z ordinem vniuersi. z si nō ꝓpter suā naturam determinatur ad locum. licet nō determinetur ad hunc locum: quia tamē ponitur in hoc loco esse eo ꝙ in eo operatur ꝓpter ordinem quem habent partes vniuersi ad id in quo existit ab extremo in extremū sine medio ire nō poterit. Ad primum dicēdum ꝙ licet angelus sit impartibilis operatur tamē in loco quāto: z quia nō est in loco ꝑ cōmensurationez. sed per operationē: ad hoc ꝙ ptranseat medium non oportet ꝙ se medio cōmensuret. Sed sufficit ꝙ virtutem suam aliquo modo medio applicet: que applicatio cum sit ad locum quantum. quomodo ex tali applicatione possit trāsire mediū videre difficultatem nō habet. Ad secūdum di-

cendum q̄ operari per angelū alicubi ſm q̄ de operatione eius loquimur. dupliciter poteſt cōtingere. Primo q̄ ex tali operatione ſequatur tranſmutatio circa illud in quo eſt: & ſic verum eſt quod dicitur: q̄ poteſt operari in vna ciuitate. & poſtea in alia abſq; eo q̄ moueatur in medio: q̄ nō oportet totum medium tranſmutari: p quod eſt tranſitus eius. ſed ſic loquēdo de loco angeli nō ſemp angelus eſt in loco. Nam cum eſt in celo ēphireo nihil de illo celo tranſmutat: Illo modo poteſt ſumi opatio angeli pro qualicūq; applicatione virtutis & talis opatio ſufficit ad hoc q̄ angelus ſit in loco: quia vt tactū eſt. Angeli ſunt in celo amphireo vt in loco. ad quod aliquo modo virtutem ſuam applicant. nihil de illo trānſmutantes. & ſic accipiēdo operationem angeli nunq̄s operantur in vna ciuitate. & poſtea in alia. quin aliquo modo virtutē ſuam applicent ad medium. hec autem applicatio nō ſemper eſt. quia ibi habeant vel indigeant aliquid opari. Sed quia ſic requirit ordo & cōnexio vniuerſi. Ad tertium dicendū q̄ huiuſmodi partes vniuerſi poſſunt cōparari ad intellectum angeli dupliciter. Primo ſm ſpeculationez Secūdo ſm pratim. licet autem ſm q̄ partes vniuerſi comparātur ad intellectū angeli ſpeculatiuuz: nō habeant ordinem quē in vniuerſo habēt propter quod pōt angelus ſpeculatiue cogitare de vna parte abſq; eo q̄ de alia cogitet: vt tamen comparātur ad intellectū eius pratícum. habēt ordinem quem in vniuerſo habēt: quia cum ſm talem operationē angelus operetur circa partes vniuerſi & ſit ſemp in loco: quia hoc requirit ordo & connexio vniuerſi. oportet partes vniuerſi ſm ordinez quē habent ad eius intellectū pratícum cōparari. & ideo non poteſt intelligere pratice nec operari in vna parte vniuerſi & poſtea in alia abſq; eo q̄ operetur in medio ꝓpter ordinem iam dictum. Ad quartū dicēdum q̄ ratio illa accidit ex falſa ymaginatione. nam angelus nō eſt in loco per commenſurationē: ſed per operationem: & motus angeli eſt ſucceſſio operationū nō commenſurationū: & quia huiuſmodi operatio reſpicit locum quātum: cum nullum ſpatiū ſit diuiſibile in infinitas partes tāte magnitudinis quāte eſt ſpacium in quo ſimul & ſemel opatur. angelus poterit tranſire iab extremo in extremum p medium abſq; illa infinitate quā ratio arguebat. vel dicere poſſumus q̄ in motu puncta inter media & partes inter medie ſunt in potētia ſolum & talia infinita pertranſire nō eſt incōueniens. Argumenta autem ineō trarium cōcluſionis gratia cōcedantur.

Q. xij. & Tertio queritur. vtrū angelus moueatur in tēpore vel in inſtanti. Et videt q̄ moueatur in inſtanti: quia tota cauſa: quare requiritur tempus in motu eſt reſiſtentia medij. nō diſtantia terminorū. Nam ſm phm. iiij. phiſic. ſm analogiam medij corporis: oportet q̄ ſit proportio temporis. Vnde quāto aer eſt ſubtilior aqua: tanto motus qui fit in aere ceteris paribus requirit minus de tempore. q̄s motus in aqua. ꝓpter quod probat phs. iiij. phiſic. q̄ ſi eſſet motus in vacuo: eſſet in nō tempore ſiue in inſtanti: cum igitur in nullo reſiſtat medium angelo cum mouetur per ipm. erit motus eius in nō tempore quantūcunq; moueatur per medium. Preterea. non minoris virtutis eſt āgelus q̄s lux corporalis. ſed lux ſolis ab oriente in occidēs ſe multiplicat in inſtāti ſm phm in ſecūdo de anima: vbi reprehēdens empedo. dicē tem talem multiplicationem fieri in tempore imperceptibili ait: q̄ ſi in parvo ſpatio lateret nos tempus quod requiritur ad talem multiplicationē: nō eſſet incōueniens. tamen q̄ nos lateat in tanto ſpatio q̄s tum eſt ab oriēte in occidens eſt incōgruum. Tunc arguo. lux corporalis nō multiplicat ſe in extremis ſine medio. & tamē ois talis multiplicatio fit in inſtanti. ergo multo fortius angelus quantūcunq; pertranſeat medium. mouebit in inſtanti. Preterea. ſi mouetur in tēpore ſit illud tēpus. a. tūc mouetur corpus cum incipit moueri angelus in tempore. a. non pertrānſibit tm̄ ſpaciū tm̄ q̄s angelus. ſed in maiori tranſibit. Sic illud tēpus maius. c. cum quolibet dictorum temporū finitum ſit. c. ad. a. erit aliqua ꝓportio. vt quadrupla vel ſexcupla: vel aliqua alia accipiat tūc ergo aliqua virtus q̄ in tm̄ excedat virtutem qua mouebatur corpus in. c. tempore ꝓpa/dit. a. & q̄ ſm q̄ augetur virtus minuitur tempus vt patur. vii. phiſic. cōtinget corpus moueri per equale ſpacium in tanto tempore in quāto mouetur āgelus q̄ videtur icōueniens. nō ergo mouet āgelus in tempore: ſed in inſtanti. Incōtrarium eſt: quia nullum agens eſt illius virtutis vt poſſit contradictoria verificare: cum ergo ꝓ ſe cōpetat motui q̄ fiat in tempore. vt vult phs. iiij. phiſic. & vi. dicere motum alicuius nō eſſe in tēpore: eſt dicere motum nō eſſe motum. Si igitur angelū moueri dicim⁹. oportet q̄ in tempore moueatur. Preterea. ſemp motum cōtingit inuenire velotiorem & tardiorem: vt patet cōſideranti demonſtrationes phi in multis locis. Si ergo aliquid moueretur in nunc: cum attingat motum velotiorē inueniri: aliquid mouetur in minori q̄s in nūc. & ſic eſſet aliquid minus minimo quod eſt incōueniens. vnde & per hoc phs. vi. phiſicorum. negat in nunc temporis eſſe motus.

Ulterius queritur. ſi angelus non tranſiret medium vtrū moueretur in inſtāti: & videtur q̄ ſic: q̄ ſi mouet in tēpore aut in toto tēpore illo erit in termino a quo: aut in toto erit in termio ad quē: aut ꝓtim erit in termino a quo. & partiz in termio ad quē ſi in toto illo tēpore in quo ponitur moueri eſt in termino: a quo cū in illo termino geſcat: mouebitur cū quieſcit. Si vero in toto eſt in termino ad quē: cuz in termino ad quē etiam quieſcat: mouebitur cum quieſcit. Rurſum cum in termino a quo nōduz inceptus ſit motus: in termino ad quē tot⁹ cōpletus ſit motus. ſi tempus illud in quo ponitur moueri erit in termino a quo: tunc mouebitur anteq̄s moueri incipiat. Si vero erit in termino ad quē: tunc mouebitur poſtq̄s motus eſt totaliter cōpletus: dicēt vero q̄ ſm partem tēporis ſit in termino aquo & ſz aliam partem in termino ad quē idem incōueniēs cōtingit qđ prius: nam cū diuidat mot⁹ ſm diuiſionē tēporis: vt patur vi. phiſi. tunc pars motus angeli erit anteq̄s moueatur: & anteq̄s ſit aliqd motus: & pars motus ipſius erit poſtq̄s vltimo mutatus eſt. in quo nihil eſt motus: nullo ergo mō ſalvare poſſumus motum angeli eſſe in tempore: ſi nō pertranſit medium maxime cū ſit qđ indiuiſibile & ſm ſe totū vel ſit in termino aquo vel in termino ad. quē qui bus poſitis motus eius non erit in tēpore. Preterea. omne tēpus diuiſibile eſt: ſi ergo moueatur angelus a termino ad terminū in tpe: in ꝑncipio illi⁹ tēporis erit in termio aquo: in vltimo erit in termino ad quē: ergo in medio tēporis: & etiā in toto tempore erit in medio. dicere ergo angelum nō tranſire medium: & tranſire in tempore: eſt incōuenies.

Incōtrariuz eſt q̄ aut in eodē inſtāti eſt in termino aquo. & in termino ad quem: aut in alio & alio nō in eodem: q̄ vt ꝓbatum eſt non eſt ſimul in pluribus locis. Rurſum ꝫ poſito nō eſſet motus: q̄ nihil mo

uetur nisi ad id qđ nō habet: quia habitibus ꝓsen
tibus in materia cessat motus: vt dicitur in ꝓmo de
gene. Si ergo simul posset esse in termino a quo ⁊
in termino ad quē nō moueretur ab vno teimino ad
aliū. erit ergo in alio ⁊ alio instanti. Sed hoc esse nō
pōt sine tempore. ergo ꝛc. Preterea. si dicatur q̄
inter illa duo instātia nō cadit tempus medium vñ
est dare duo instantia ſm que angelus est in duobus
terminis. non tñ ꝓpter hoc est motus ei⁹ in tēpore:
qz inter illa duo instātia nō cadit tps. Contra. Inci
piat moueri aliqō corp⁹ cuz incipit moueri angelus
cū aliqua successio sit in motu ⁊ angeli. opz corp⁹ in ali
quo spatio motū esse cū angelus sum motū cōple
uit. licet nō per tātum spatium motum sit: per quā
tum angelus motus est. Sed cum spatiū in quo mo
tum est corpus sit qd diuisibile ⁊ quid quātum. ergo
dare est instans in quo motum est in medietate spa
tij ⁊ instans in quo mutatū est in medietate medieta
tis ⁊ sic in infinitū. sunt ergo infinita instantia inter
duo instantia in quib⁹ ponim⁹ corpus esse in duob⁹
terminis sui mot⁹ cū positū sit duo talia instātia re
ſpōdere instātibus includētibus motū corpis. Sed
infinita instātia inter duo instātia eē nō possunt nisi
inter ea sit aliquod tēpus continuū cum solū in con
tinuo talem infinitatē reperire possimus. ergo si est
aliud ⁊ aliud instans ſm qō angelus est in termino
a quo. ⁊ in termino ad quē inter duo illa instantia ca
det tempus medium ⁊ erit motus eius in tempore
eius. Preterea. dato q̄ inter illa duo instantia nō
caderet tempus mediū cum nō sit dare duo instan
tia absq; aliqua successione. ⁊ nō sit successio in dura
tione absq; tempore. adhuc motus angeli in tēpo
re erit. Preterea. si dicatur q̄ angelus ꝓ totuz tē
pus est in termino a quo. ⁊ in termino temporis: est
in termino ad quē ideo motus ei⁹ est in instāti nō in
tēpore. Contra. Sicut duo termini tēporis vt duo
nunc claudunt tempus. ita duo termini motus clau
dunt motum. ⁊ est proportio quodāmodo terminorū
temporis ad terminos motus. sicut tēporis ad mo
tum. Nam sicut ꝓ totum tempus clausum inter ta
les terminos est motus. ita per vltimū nunc: est vl
timo mutatū esse: ⁊ est totum mobile in termino ad
quē. In primo vo nūc est nihil mutatū esse ⁊ est totū
mobile in termino a quo. ⁊ qz sibi invicez correspō
dent termini motus ad terminos temporis. ex quo
terminos motus damus in actu. oportet terminos
tēporis in actu dare. ergo est dare vltimū instās in
actu in quo est in termino a quo. ⁊ primū in quo est
in termino ad quē. nō ergo per totum tempus est in
vno termino: ⁊ in instāti quod copulatur ad ipm est
in alio. sed est dare duo instantia ſm que est in duo
bus terminis. Ulterius queritur. dato q̄ substan
tia ſpūalis nō pertrāseat medium. vtrum in recessu
anime a corpore sit motus eius in instanti vel in tē
pore. ⁊ videtur q̄ fiat in tēpore: qz non est maioris
virtutis aīa q̄ angelus: sed an⁹elus siue pertrāseat
medium siue nō. mouetur in tēpore. ergo ⁊ anima
in tempore mouebitur. Preterea. quotienscūq;
est significare duos terminos in actu: est significare
⁊ instantia in actu. Sed in recessu aie a corpore est
significare duos terminos in actu: vt corpus a quo
recedit. ⁊ infernus vel paradisus ad quē vadit. igit
est dare vltimū in quo est in corpore vel in termino
a quo. ⁊ primū in quo est in termino ad quē. sed hoc
esse nō potest nisi motus eius sit in tēpore. ergo ꝛc.

Incōtrarium est. quia corruptio corporis est re
cessus anime a corpore: ſz corruptio. cuz sit mutatio
fit in instāti. ergo ⁊ talis motus instāti erit. Rño.
dicendū ad primū quesitū. q̄ si vellem⁹ sequi posi-

tionem anēpethe in assignādo causam quare requi
ritur tempus in motu. videre quomodo motus an
geli sit in tēpore. potissime cum dicamus ipm tran
sire ꝓ medium nō haberet difficultatē. Posuit eniz
dictus anēpethe. vt narrat Cōmentator. iiij. phiī.
duplicem causam quare tēpus requiritur ad motū.
vnam ꝓpter motum ipm siue ꝓpter distantiā ter
minorū. aliā ꝓpter resistentiā medij. Ideo dicebat
q̄ ꝓportio aque ad aerez in spissitudine nō est sicut
ꝓportio motus lapidis siue nō est sicut ꝓportio tpis
qō regritur ad motū factū in aqua respectu mot⁹ fa
cti in aere: sed ꝓportio potētie continuitatis aque
ad potentiā cōtinuitatis aeris: siue ꝓportio spissitu
dinis vtriusq; est sicut ꝓportio tarditatis accidētis
rei mote ex illo in quo mouet: vt in aqua ad tardita
tem accidentē ei qđ mouetur in aere imaginabat
eni q̄ si tantū esset spaciū aque q̄tū spaciū aeris res
mota in vtroq; spacio regrebat tantumdē tēporis
ꝓpter distantiā terminorū. Sz diuersificabat qnā
titas tēporis propter resistentiā medii. ⁊ quantū ad
illud tēpus q̄ accidit motui ⁊ supadditur ei ꝓp me
dij resistentiā esi ꝓportio tēporis motus ſm maiorē
⁊ minorē spissitudinē mediorū. nō tñ diuersificat pro
portio tēporis simul sumpti ſm diuersitatē plenitu
dinis mediorū. Sz aūt hec positio vera esset: tūc qō
nō haberet difficultatē: diceremus. n. tēpus requiri
ad motū angeli. nō ꝓpter resistentiā medij: ſz ꝓpter
distantiā terminorū. Sed hāc positionē simplr asse
rere ſm Cōmē. nō est bonū. Nam ſm eā vt Cōmē.
narrat. iiij. phisic. demōstrationes phī false sunt. ne
gat aūt ista positio vt Cōmen. dicit idē ꝓpositiōes
p se notas: naz p se notum est q̄ ꝓportio tēporis ad
tēpus ceteris paribꝰ est sicut ꝓportio virtutis ad vir
tutē vt si tanta virtus mouet tantū mobile in tanto
tempore p rantū spaciū dupla virtus mouebit idē
mobile p idez spaciū in medietate tēporis: vt ostē
dit phūs. vij. phisic. Sed cum ex duplicitate virtu
tis solū tollatur resistētia. ⁊ nō fiat approximatio ter
minorū: tota causa quare requiritur tēpus resistētia
erit. Nam si tante virtuti ꝓpter resistentiā regritur
tantū tps duplici virtuti propter minorem resisten
tiā: vt qz medio modo resistet medietas tēporis con
gruit: si igitur est proportio virtutis ad virtutē: vt re
sistētie ad resistentiā: tota causa quare ibi regrit tem
pus resistētia erit. Naz si requireretur ibi tēpus ꝓp
distantiā terminorū. cū terminorū distantiaz ex nostra
ꝓtbesi facta: ponat tunc equalis tempori qō re
gritur ad resistētiā maioris virtutis ⁊ tēpori qō re
quiritur ad resistentiaz minoris: aderetur equale tē
pus: vt tempus ꝓpter distantiaz terminorū posito
rum distare equaliter: non ergo erit eadē proportio
temporis ad tempus que virtutis ad virtutē. quia
quotiēscunq; aliqua sunt proportionalia: si aligbus
eorū vel etiā omnibus addatur equalis quantitas.
ꝓportionalia nō remanerētur locato de ꝓportione
geometrica. ſm quā inter virtutes ⁊ tēpora propor
tio sumitur: vt si est ꝓportio. xij. ad. vi. que est. viij.
ad. iiij. Si ad. viij. ⁊. xij. addatur equalis quātitas
vt binarius proportionalia nō erunt. Non eniz est
proportio. ir. ad. vi. que est. r ad. iiij. cū vna sit sup
particularis cōtinens. bis totū ⁊ tertiam. alia vero
bis totum cōtineat ⁊ medietatez. Etiam si omnib⁹
predictis adderet equalis quātitas nō remanerent
proportionalia vt potest patere intuenti. Si igitur
respectu maioris virtutis est minor resistētia ⁊ re
spectu minoris maior. ⁊ est proportio resistentie ad
resistentiā nue est virutis ad virtutē. erit etiam pro
portio temporis debitti ꝓpter resistentiā maiorem
ad tempus debitum propter minorē que est virtus

ad virtutem. Si igitur vtriq; istorum temporū addit̃ equale tempus: vt tempus q̃ requirit motus ipse interceptus inter equalem distantiā termino rum. tunc totius temporis quod requiritur ad motum factum a maiori virtute. ad totum tempus qō requiritur ad motum factum a minori nō erit sicut proportio virtutis ad virtutez quod est negare. ſm Comentatorē propositionē per se notam. Et hoc est qō innuit Cōmē. iiij. phisic. vbi anēpethe improbat dicēs q̃ quādo quātitatibus proportionalib⁹ addit eadem quātitas. aut diminuit nō remanebūt ppor tionales. Non ergo positio auēpeche ſm Commē. est simpliciter cōcedenda. Rursum nec concedere simpliciter debem⁹ solum resistentiā medij esse cau sam tēporis quod requiritur ad motuz. Nam si hoc esset tunc corpora supcelestia monerētur in instanti cum in motu eorum nō sit resistentia medij. Notan dum ergo q̃ vt ait Cōmentator. Ad hoc q̃ tempus requiratur in motu oportet esse aliquā resistentiā in ter motorē ⁊ rem motaz: quia motus omnis est ſm excessum potentie motoris sup rem motam. Diuer sitas ergo motuum in velocitatē ⁊ tarditate est ſm hanc proportionē que est inter duas potētias. ſ. in ter potētiam motoris ⁊ potētiam per quā res mota resistit. hec autē resistentia dupliciter pōt accipi. Primo ex ipso mobili. Secūdo ex medio: vel etiā ex vtroq;. quotienscūq; enī mobile est actu distinctū a motore eo ipso q̃ est in aliquo loco ꝫ motor velit quedam resistentia ibi attēditur. ⁊ ideo in bijs om nibus que mouētur ex se quia sunt diuisibilia in ta lia duo quorū vnum est per se mouēs ⁊ aliud per se motum. pōt ibi tempus requiri ad motū absq; resi stentia medij. ⁊ huiusmodi dispositio est in in aialibus ⁊ in corporibus celestibus. ideo corpora super celestia mouentur in tempore. licet nō sit ibi resistē tia medij. ⁊ si esset mot⁹ in vacuo animal moueret in eo in tēpore. Tamen quia corpora simplicia non distingūtur inter motorem ⁊ rem motam. q; motor est forma. res mota est materia: vt Cōmen. dicit. in eis nulla resistentia potest ꝓsiderari. mouētis ad mobile: qz cum amota forma nō remaneat in mate ria potentia ad resistendū ſm eam resistentia attē di nō poterit. nō ergo mouētur in tempore grauia ⁊ leuia naturali motu subtracta resistentia medij. Hoc viso sciendū q̃ non solum ſm positionem auē peche sed etiā ſm positionē Cōmentatoris saluare possumus motum angeli fieri in tempore. Ad cui⁹ euidentiā notādum q̃ angelus dupliciter mouetur. Primo in. corpore assumpto. Secūdo. p applica tionem virtutis ad diuersa spacia. Motus autem quē habet in corpore assumpto. requirit tēpus du pliciter. Primo: ppter resistentiā motoris ad mo bile: quia corpus assumptum est actu distinctū ab angelo. Secūdo. propter resistentiā medij. Nam ⁊ si ipsi angelo nō resistat medium. resistit tamen cor pori assumpto. Cum vero mouetur per applicatio nem virtutis ad diuersa locorū spacia: tunc requiri tur ibi tempus ppter distinctionē angeli applican tis virtutē suam ad corpus. ad quod eam applicat. Istud tamen tempus qō requiritur ad talem appli cationem nō est eiusdem rationis cum tēpore quod est passio primi motus: quia talis applicatio nō re ducitur in motum celi. Patet ergo etiā ratione re sistentie motum angeli fieri in tempore accipiendo resistentiā nō solum pro impedimento medij. Sed large vt dicamus talem resistentiā esse cum est di stinctio motoris ad mobile vel applicātis virtutē. ad id cui applicat. Nam eo ipso q̃ mobile est distin ctum a motore. si est in aliquo loco ꝫ motor velit ibi aliqua resistentia attēditur. Rursum eo ipso q̃ virtutem applicans est alibi ꝫ id cui virtutem ap plicare debet; si sit distinctū ab illo ibi quedā resistē tia dici potest. ⁊ sic accipiendo resistentiaz requirit tempus in motu corpoꝝ supercelestiū. eo q̃ ibi mo tores a mobilibus sunt distincti. Etiam in motu ani mali dato q̃ nihil impediens esset ex parte medij. Nam ⁊ si in quolibet cōposito sit vna forma: vnde remota anima a corpore non videtur aliud relinqui ꝫ in amotione formarū simpliciū a suis materijs. tamen qz anima potest cōsiderari dupliciter: vt for ma naturalis: vt anima corpori animato competit duplex motus. vnus naturalis qui fit per grauita tem inclinatē deorsum que grauitas sequitur animā non ratione qua anima. sed ex eo qō est forma mixti ſm q̃ cōuenit cum ceteris formis que sunt pfectio nes corporum in quibus dominatur terra. ⁊ elemē tum graue. alius est motus animalis qui est ad om nem differentiā positionis qui fit per appetitū ⁊ eo gnitionem. Cum intelligimus animā mouere suū corpus per appetitū ⁊ cognitionē: remanet in corpo re potētia per quā resistit quodāmodo tali motui: qz remanet grauitas. vnde cum dicitur q̃ motus ſm quē anima mouet corpus: requirit tempus. intelligē dum est de motu qui fit per cognitionē ⁊ appetitum: siue de motu animali: nō de motu naturali. Rursus in motu angeli. vt patet tēpus requiritur. vel pro pter distinctionē motoris ad mobile: ⁊ resistentiam medij: vt cum mouet in corpore assumpto. vel pro pter distinctionē applicātis virtutem ad id cui ap plicat: vt cum mouetur per applicationē virtutis. In omnibus enim his aliquis modus resistentie at tenditur. In motu tamen corporū simplicium: vel etiam in motu animaliū vt naturaliter mouētur to ta causa quare tempus requiritur. est resistētia me dij. nulla ergo virtus creata mouet in tempore nisi in motu quo mouet aliquis modus resistētie atten datur. vtrum tamē talis resistentia ꝓsideranda sit. cum prima causa mouet: alibi locum habebit.

Ad primum dicēdum q̃ tota causa quare requi ratur tempus in motu grauiū ⁊ leuium est resistētia medij. motus tamen angelorum esse potest in tempo re absq; resistentia medij. vt patet per habita.

Ad secūdum dicēdum q̃ illuminatio que fit ab oriente in occidens in instanti nō est ꝓ motum lucis sed per continuā generationē eius. In his autez que inducūtur in instanti licet ordine causalitatis ⁊ ori gine naturali se precedāt. in eodem tamen instanti fiunt. Nam licet illuminatio aeris sit causa multipli cationis speciei ⁊ multiplicatio speciei sit causa vi sionis in eodem tamen instāti est illuminatio aeris multiplicatio speciei ⁊ visio. ita licet gignitio spe ciei lucis in parte propinqua solis sit ratio quare gi gnatur in parte magis remota. tamen q; huiusmōi generationes instantanee sunt in eodem instanti om nes esse poterūt. ⁊ solum ordine causalitatis ⁊ natu rali origine se precedent. vnde nō est vna ⁊ eadē spe cies lucis que successiue esse habeat in diuersis par tibus medij: sed semp est alia ⁊ alia. tamen est vna virtus angeli per cuius applicationē ad spacia mo uetur angelus ſm q̃ successiue ad diuersas partes spacij vel medij: est talis virtutis applicatio: habet tamen angeli motus magnā similitudinē cum mul tiplicatione lucis. Iz nō possit dici esse in instanti vt talis multiplicatio dicitur. que similitudo in sequēdo libro forte ostendetur. Ad tertium dicendum q̃ ſm modum ordinis quē videmus motus omnium corporū reducitur immotū primi mobilis. ⁊ si non ex parte mouētis. saltem ex parte ipsius mobilis.

Nam naturaliter loquēdo semp primū in quolibet genere est ratio omniū eorum que sunt post. ō motus omniū corporuz ſm ea que accepimus ex sensibus reducūtur in motum celi. vnde nullus motus alicuius corporis est velocior motu celi. Nam cum mensura in omni genere habeat rationem minimi. motus ille erit velocissimus motuū. ꝛ quia tempus quod requiritur ad motum angeli cum sit alteri⁹ rationis ꝫ tempus que est passio primi motus modicam vel forte nullam proportionem habet ad ipm. nullum igitur corpus ſm velocitatez sui motus est comparabilis motui angelico cum tēpora mensurā tia tales motus eiusdem rationis nō existunt. vtrū tamen ſm alium modum ordinis ꝛ miraculose possit esse motus corporis in tāto tempore in quāto est motus angeli nō est presentis speculationis. Argumenta autem incōtrarium ratione cōclusionis ali quo modo cōcedi possunt eo ꝙ cōcluditur motū angeli esse in tēpore quod cōcessimus. probatio tamen eorum nō multum cogit: ꝙ fundāt se super auctoritate phi qui solum de motu corporum est locutus.

Ad id autem ꝙ vlterius queritur. vtruz motus angeli esset in tempore dato quod nō transiret medium. Dicendū ꝙ sic. Nam si angelus mouetur de termino ad terminū: vt ab oriente in occidens: vt probabitur est dare vltimū instās in quo est in oriēte. ꝛ primum in quo est in occidente. ꝛ quia semper successio instātium potest appellari tempus. esset motus eius in tempore etiam si per medium nō transiret. sed huiusmodi tempus nō erit eiusdem rationis cum tempore quod est passio primi mot⁹ cum sit cōpositum ex instātibus. hanc autem veritatem tripli ci via declarare possum⁹. Primo ex eo quod est formale in tempore: vt quia habet rationem numeri. Secūdo. ex priori ꝛ posteriori que de necessitate requiruntur ad motum. Tertio. ex differentia quam habet motus angeli sic acceptus ad motus ꝛ mutationes quas videmus. Primum sic ostenditur. Nam vt tactum est: tempus habet rationez numeri quia a se cōtinuitatem nō habet. sed habet cōtinuitatem a motu. ꝛ motus a magnitudine: vt dicitur. v. metha. ꝛ etiam in libro phisicorū. in pluribus locis eadem habetur sententia. Nam sicut. v. pedes p se dicunt numez ꝛ ratione quinarij continuitatē nō habēt. sed. v. pedes in ligno vel in alia re ptinua qd cōtinuum sunt nō rōne qua numer⁹: sed ratione subiecti in quo existunt. sic ꝛ tempus de se numerus est. est enim numerus numerat⁹: vt traditur. iiij. phisic. Nam ipsa prius ꝛ posteri⁹ in motu numerata: complent rationē temporis. Si autez tempus est quid continuum. hoc est ratione subiecti in quo existit. est autem hec differentia inter cōtinua ꝛ non cōtinua: quia in cōtinuo nō est dare duo indiuisibilia cōtinua vel cōtigua vel cōsequenter se habentia vt in vna linea cōtinua. punctus puncto nec est continuus nec cōtiguus nec cōsequenter se habens. sed semper inter duo puncta cadit linea media. Sed in non cōtinuis nō est incōueniens indiuisibilia consequēter se habere. Nam si due linee nō cōtinue coniungātur ꝛ non contiguētur: erit ibi dare duo puncta consequēter se habentia. nam cuilibet linee proprīa puncta respondent: ꝛ quia vnum est tempus omniū temporaliū quod vt in subiecto est in motu primi mobilis cum ille motus sit vnus ꝛ cōtinuus semper vniformis tempus quid cōtinuum erit nō ratione sui: sed ratione mot⁹ in quo existit. igitur sicut in linea cōtinua nō est dare duo puncta inter que nō cadat linea media. sic in tempore nō est dare duo instantia inter que nō cadat tempus mediū. Et ideo cum est motus de forma ad formam: vt si viuus fiat mortuus dicimus subiectum trāsmutationis nō esse simul ꝛ semel sub diuersis formis. nec tamen damus vltimum instans in quo est sub prima forma. sed per totum tempus dicimus ipm fuisse sub forma viui. ꝛ postea in instanti quod copulatur ad dictum tēpus est mortuum. nam si darem⁹ vltimū instans in quo aliquid est viuum: ꝛ primū in quo est mortuū. cum inter quelibet duo instantia cadat tempus mediū. esset dare tempus in quo nec esset viuz nec mortuum. ideo phs. viij. phisic. ad vitādum hec ꝛ similia incōuenientia dicit instans semper esse posterioris rei sine attribui forme posteri⁹ introducte. sed si tempus non esset quid continuum: sed cuilibet motui respōdet proprium tempus in eo existens cum omnes motus nō sint cōtinui. ita quod vnus alij continuetur in tempore esset discōtinuatio. ꝛ quia in non cōtinuo non est incōueniens dare duo indiuisibilia simul cuilibet tali tempori respōderent propria instantia. vnde semper esset dare vltimuz instans in quo aliquid est tale. vt esset dare vltimū instans in quo aliquid est viuum ꝙ si etiam esset dare primuz in quo est mortuū. nō tamen esset dare tēpus in quo nec esset mortuū nec viuum: quia inter talia instātia nō oportet dare tēpus intermediū: quia ſm ypothesin tempus ponitur intercisum. cum igitur tempus mēsurans motum angeli nō sit quid continuū. eo ꝙ operationes ſm quas in locis esse dicūtur cōtinuationem nō habēt ad inuicem ꝛ potissime oportet nos dicere tale tempus incōtinuum esse cū supposuerimus angelū mediū nō transire: erit dare vltimū instans in quo angelus est in termino a quo ꝛ primū in quo est in termio a quē. Nec dicere possumus ꝙ per totuz tempus fuerit in termino a quo ꝛ in instanti quod copulatur ad ipm est in termino ad quē: ꝙ ille modus dicendi habet solum in mensura cōtinua veritatem. cum igitur semp successio instātium possit dici tempus: nec tollatur ratione temporis: quia tollitur cōtinuitas cum tempus de se sit numerus erit motus angeli in tempore dato ꝙ nō trāseat p medium. Secūda via ad inuestigādum hoc idem sumit ex priozitate ꝛ posteriozitate que de necessitate annexa sunt omni mutationi. vnde ꝛ phs. v. phisic. ait quod mutatio est ex quodam in quidaz ꝛ ꝙ in ea est aliquid prius aliquid posterius. ꝛ ꝙ hoc ipm nomen mutationis manifestat. Si igitur de ratione motus ꝛ mutationis est prius ꝛ posterius. vel nō sunt sine priori ꝛ posteriori cum mensura sit analoga mensurato oportet in tēpore prius ꝛ posterius assignare. hoc autez quinqz modis intelligi potest. Primo ꝙ sumatur prius ꝛ posterius ſm duo instātia includentia vnū tempus. quorū vnuz sit prius: aliud posterius. Secundo ꝙ priozitas ꝛ posteriozitas sumatur penes duo tēpora cōtinuata ad vnum instans. quoꝝ temporū vnū erit prius aliud posterius. Tertio ꝙ hec sumātur penes instans ꝛ tempus Nam semper ante quodlibet tēpus fuit instans ꝓncipium illius temporis. ꝛ post quodlibet tempus est instans quod est finis eius. Si ergo cōparamus instans ad tempus cuius est prīncipiū sic instans. est prius ꝛ tēpus posterius. Si vero cōparamus ipm ad tēpus respectu cuius se habet vt finis. sic instās est posterius ꝛ tempus prius. Quarto modo priozitas ꝛ posteriozitas accipi potest penes duo instātia nō includentia tempus aliquod quoꝝ sit vnū prius ꝛ posteri⁹. Quinto modo hoc posset intelligi penes duo tēpora nō includentia aliquod instans. Isti. v. modi assignati ꝓpriozitatis ꝛ posteriozitatis sic se hūt ꝙ quint⁹ modus est omnino impossibilis. alij vero

quatuor possibiles sunt. Nam ponere duo tempore inter que nō includatur aliquod instans non est possibile. habet enim se instās ad tempus: vt punctus ad lineas. sicut vult philosophus in. iiij. phisic. & sicut nunq̄ possunt accipi due linee inter quas nō cadat aliquis punctus medius. sic nec duo tempora sumi possunt inter que nullum instans medium cadat. Nam si linee sunt continue. tunc inter eas cadit vnus punctus medius cum cōtinua ad vnum aliquē cōmunem terminum copulentur. & habeant vltima vnum. si vero non sunt continue sed discontinue tunc inter eas cadunt plura puncta media. eo q̄ cuilibet earū propria puncta respōdent. sic etiā semper inter duo tempora cadit aliquod instās medium. nam si illa sunt continua tunc cadit ibi vnum instans ad quod copulārnr. Si vero discontinua: tunc cadunt ibi plura instantia vel tēpus cum pluribus instātibus. alij quatuor modi possibiles sunt. sed quartus modus reperitnr in motibus angelorum. tres vero primi in motibus corpor. nam cum corpora mouētur ante omne mutatū esse precedit mutari: & quia non est dare primum mutari nec primum mutatum esse maxime in motu continuo non solum ante omne mutatū est: est dare mutari: sed etiā ante omne mutari est dare mutatum esse. Nam mutari & mutatum esse in motu continuo de quo loquimur conueniunt & differunt. conueniunt: quia nec est dare primum mutari nec primuz mutatum esse. differunt: quia est dare vltimum mutatum esse. sed nsin est dare vltimum mutari. que omnia ex continuo sumunt originem quod est diuisibile in semper diuisibilia. Et quia mutatū esse est terminus ad mutari sicut instans comparatur ad tempus: sic mutatum esse se habet quodammodo ad mutari. Et sic accipiendo mutari & mutatum esse: mutari erit in tempore mutatū esse & in instanti. Si ergo ante omne mutatum esse est dare mutari. & ante omne mutari mutatum esse: cum inter duo mutata esse includatur aliquod mutari: tunc prioritas & posteriorias ibi sumetur prout duo instantia includunt aliquod tempus. cum vero vnum mutatum esse accipitur inter duo mutari. tunc ibi prius & posterius sumitur ſm q̄ duo tepora includunt vnum instās. cum vero mutatum esse comparatur ad mutari prius. tunc priorias & posteriorias sumitur per comparationem ad tempus & instans non tamen prout tempus comparatur ad instans quod est principiuz eius: sed ad instans quod est finis ipsius. ita q̄ tempus precedit & instans sequitur. sicut in exemplo proposito mutatum esse sequitur & mutari precedit. Sed si mutatū esse comparetur ad mutari qō sequitur. quod licet nō sit necessarium: est tamē possibile. Nam & si est dare mutatum esse post quod non sequitur mutari. hoc est tamē solum mutatum esse vltimo post vero omnia alia mutata esse mutari sequitur. & tunc mutatum esse & mutari sic se habent prius & posterius sicut instans & tempus. non sicut instans vt est finis temporis sed vt est eius principium. patet igitur tres primos modos priorias & posteriorias reperiri in tempore cōtinuo. & etiā in motu quod mensuratur continuo tempore. Sed cum tempus mensurās motū angeli nō sit quid cōtinuum nō erit ibi sumere priorias & posteriorias tem prout sumitur in duobus nunc includētibus tēpus vel in duobus temporibus includētibus nūc. Siue prout prius & posterius se habēt vt nunc & tēpus: quia tales priorias & posteriorias sumūtur in mensura cōtinua. nec etiam quintus modus priorias & posteriorias poterit accipi cum ille modus sit impossibilis. Si igitur nō est dare motū nec mutationē nisi ibi sit accipere aliquo modo prius & posterius loquendo de motu angeli: vt hic loquimur ibi priorias & posteriorias sumetur ſm q̄ duo nunc consequenter se habēt absq̄ tempore medio. est igitur dare vnum instās in quo est in termino a quo & aliud in quo est in termino ad quē. consequenter se habens illi absq̄ tempore medio. & quia talis successio instantium potest dici tempus vt patet per habita erit motus angeli in tempore si non pertransit medium. Tertia via ad venādum hoc ides sumitur ex differentia quam habet motus angeli sic acceptus ad motus & mutationes quas videmus. nam nihil fit nouum in istis corporalibus absq̄ aliquo motu precedente: vt videtur velle philosophus viij. phisicorū. Nam licet illuminatio aeris fiāt in instanti. si tamen aer de non illuminato debet fieri illuminatus. oportet aliquez motum precedere: vt puta solem accedere ademisperiuz nostrum. Semper ergo mutatio est terminus alicuius motus. differenter tamen: quia alicui mutationi respondet motus prprius. & quasi eiusdem generis. aliquando non. Nam cū sumūtur mutatiōes ſm genera in quibus est motus: eis motus proprij respōdere possunt. & iō calefacto esse respondet calefieri & dealbato esse dealbari que quasi vnigenca sunt ad inuicē. Introductioni tamen forme substātialis nō respondet motus eiusdem generis. nam cum in substātia nō fit motus. quia ibi nō est cōtrarietas: vt dicitur. v. phisicorū. Introductio forme ignis non sequitur motum eiusdez generis. Sed qō debet fieri ignis calefit & in vltimo termino calefactiōis cum materia est summe disposita introducitur forma ignis. Et quia calefieri est alterari mutatio in substātia vel introductio forme substātialis sequitur alterationē. qui est motus in qualitate nō in genere substantie. sic etiam illuminatū esse cum sequatur motum locale: vt ad accessum solis ad orizonta nostrum nō sequitur motum eiusdez generis. est ergo hoc commune cuilibet mutationi corporali q̄ est terminus alicuius motus. licet alicui respondeat motus prius: & quasi eiusdē generis alicui nō. Et quia motus mensuratur tempore & quādiu durat motus nō est mutatio que est termin⁹ motus. dicimus q̄ aliquid p totum tempus est tale. & in instanti quod sequitur ad tempus quod est mensura illius motꝰ cuius mutatio est terminus nō est tale. Sed cum angelus a termino a quo vadit ad terminū ad quē. talis mutatio nō est terminus alicuius motus. & ideo nō dicimus q̄ per totū tempus fuit in termino a quo. & in instati quod sequitur ad illud tempus est in termino ad quem. quia iste modus est proprius mutationum que sunt termini motus. Sed oportet nos dare instans vltimum in quo est in termino a quo. & primum in quo est in termino ad quem. Et quia talis successio potest appellari tēpus. motus angeli mensuratur tempore: etiam si nō transeat medium. Sed si sic dicimus quod credimus esse bene dictū. occurrit nobis grauis dubitatio. Nam licet motus angeli nō mensuretur tempore que est passio primi motus. attamen: quia huiusmodi tempus est quando est motus angeli. oportet tempus nostrum vel aliquid in tempore nostro respondere mensure motus angelici. Si ergo est dare vnum instans in quo angelus est in termino a quo & aliud in quo est in termino ad quem absq̄ tempore medio. istis duobus instantibus vel respondebit vnum instans in tempore nostro vel duo instantia. Si vnum cum instans in tempore nostro: fit quid indiuisibile. erit

angelus in eodez indiuisibili in pluribus locis qđ inconueniens videtur. Si vero duo instãtia cum inter quelibet duo instantia tẽporis nostri cadat tempus mediũ. erit dare tempus in quo non est in termino a quo: nec in termino ad quẽ. Ideo notandus ꝙ si aliqua intercisa supponãtur cõtinuo: incontinuo erit dare vnũ punctũ in intercisis duo. nec tñ propter talem pluralitatem punctorum intercisa excedunt contraria. quia punctus additus quanto nihil auget. Si ergo essent due linee equales: ꝛ vna diuideretur ꝛ alia remaneret continua si partes diuise adaptarentur super continua in incisione partium diuisarum duo puncta. In linea tamen cõtinua non essent assignare duo puncta simul. Si autem quereretur duobus punctis que sunt simul in linea intercisiua aut respondet vnus punctus in linea: continuant duo possemus dicere quod nec vnus nec duo sed vni linee intercise cum suo puncto correspondet in continua linea solum: alij vero linee intercise cum suo puncto: respondet in linea continua punctus ꝛ linea. Sic quia tempus quod mensurat motum angeli non est quid continum: est ibi dare duo instantia simul absqz tempore medio. vnde dicere possumus ꝙ illis duobus instantibus in tempore nostro: nec respondent duo instantia proprie: nec vnum: sed quamdiu est in termino a quo. respondet est tempus solum cum est in termino ad quem respondet mensure illi in tempore nostro: instans ꝛ tempus. ita quod si angelus non transit medium referendo motum eius ad tẽpus nostrum dicemum ꝙ per totum tempus est in termino a quo ꝛ in instanti quod copulatur ad ipsuz est inter mino ad quem. Sed si huiusmodi motus referatur ad mensuram propriam est dare vltimum instans in quo est in termino a quo ꝛ primum in quo em in termino ad quem absqz tempore medio ꝛ quia per se est ꝙ quilibet motus comparetur ad propriam mensuram per accidens vero est ꝙ comparetur ad aliam: debet dici motum angeli fieri in tempore non in instanti. sicut dicimus motus corporales fieri in tempore. Quod si tamen huiusmodi motus comparentur ad nunc eternitatis cum nunc includat omne tempus: omnis motus fit in instanti. sicut igitur non est bene dictum quod motus corporales fiant in instanti: sed in tẽpore cuz hoc conueniat eis ſm mensuram propriam: ꝛ non illud. Sic non est benedictum: quod motus angeli fiant in instanti sed debet dici ꝙ fiant in tempore cum hoc conueniat eis ſm mensuram propriam: ꝛ non aliud. Sciendum tamen quod rationabiliter sustineri posset non esse in conueniens duobus instantibus mensurantibus motum angeli. Respondere vnum instans in tempore nostro vt in secundo lib. patere poterit Ad primum dicendum ꝙ ratio illa arguit ex falsa imaginatione: imaginatur enim tempus quod mensurat motum angeli esse quid continuum ꝛ non componi et instantibus: sed vt habitum est tale tempus non est quid continuum ꝛ est compositum ex instantibus: ꝛ quia in instanti non est proprie quies non quiesset cum mouebitur nec mouebitur cum quieuerit. sed sicut motus eius accipitur secundum duos terminos absqz medio: sic duo instantia acipientur absqz medio. ꝛ ista duo instantia mensurabunt totum motum eius in quoruz vno est in termino a quo ꝛ in alio in termino ad quem. ꝛ per hoc patet solutio ad secundum. quia licet huiusmodi tempus sit quid diuisibile et in principio illius temporis siue in primo instanti sit in termino a quo in vltimo vero siue in alio instanti sit in termino ad quem in medio autem non erit alicubi. quia inter illa duo instantia nihil cadit medium. Ad primum in contrarium dicẽdum ꝙ in alio ꝛ in alio instanti ẽ angelus in duobus terminis. Sed tẽps inter illa duo instantia non cadit tẽps mediũ. qz ꝙ mensurat motuz angeli non est quid continuum.

Ad. ii. dõ ꝙ si angelus ꝛ corpus simul inciperent moueri quando angelus cõpleuisset motum de corpore nihil motuz esset vel corpus non esset in alio termino. Nam vt dictũ est si cõparamus motuz angeli ad tempus nostrum. motus eius est in instanti et qz in stanti temporis nostri non potest esse aliquis motus corporalis corpus illud non esset in alio termino: ꝛ iõ rõ arguebat ex suppõe fñ. Quidã tñ cõcedũt ipsum posse esse in aliquo termino si incipiat moueri cũ angelo: tñ hoc dicere ꝛ sustinere angeluz non transire ꝙ mediuz: est propriaz vocem ignorare.

Alia argumẽta incõtrariũ cõclusionis gratia concedantur. patet igitur ꝙ si angelus pertransit medium ꝙ motus eius est in tempore: siue ponamus tempus requiri ad motuz vt dixit anẽpeche: siue vt posuit Cõmentator. Rursum dato ꝙ non transeat medium adhuc sustinere debemus: ꝙ motus eius mensuretur tempore. ꝛ licet falsum sit angelum non transire per medium. propter ordinem partium vniuersi istam questionem tamen mouimus sub forma pretacta supponendo ipothesim falsam. licet enim aliquando falsa suppositione potissime. cum ex tali suppositione veritas aliqua declaratur.

in notescere. Primū est q electio nō est finis, sed eorum que sunt ad finem vt dicitur. iii. ethi. Nam nullus eligit sanitatē vl felicitatē, eligit tñ ea p que possit fieri sanū siue felix. Scōo. electio est solūmō bonoꝝ. vñ z in eodē ca. scribit q eligimus quidē q̄ maxie scim⁹ bona exītia. Tertio. nō ē eternoꝝ z eoꝝ q̄ nō possunt alr se habere: qz sicut nullus cōsiliatur de eternis, ita nec eterna sub electione cadūt vel ea q̄ nō possunt alr se habere. Quarto nō est eoꝝ q̄ sunt a fortuna: qz sicut nullus cōsiliatur de thesauri inuētione, ita z nullus talia eligit. Nam qō est cōsiliabile nō ē eligibile. Quinto facta z pterita sub electiōe nō cadunt. vñ dicit vj. ethi. q nihil factū est eligibile qz nullus eligit ylyon captā fuisse, nec cōsiliatur aliquis de facto. Possem⁹ autem z si vellem⁹ addere certū videlz q electio sub significationē z separatiōez importat. vñ. xiii. etb. scribit q electio est cū rōne z intellectu subsignificare qō z ipm nomē designat. hec autē ad diuina transferētes dicam⁹ deū aliquos eligere in quantū eos fm cognitionē z intellectum ab alijs separat: qz vt vltimo assignatū fuit electio importat separationē. huiusmōi aūt sepatio z electio. Primo est respectu eoꝝ q̄ sunt eiusdē generis, siue q̄ ordinantur ad vnū finē. Scōo est solū bonoꝝ. Tertio nō est respectu ipsius dei. sed respectu creaturaruꝝ. Quarto. electio psuppōit electorū cognitionē firmā. Quinto z vltimo huiusmodi electio pōt esse eterna z tēporalis. Nam vt primo dicebat electio: est eoruꝝ que sunt ad finē. opꝝ ergo multa ordinari fm aliquē modū ad aliquē finē. z de illis multis aliqua eligere ad finē aliqñ igitur deus p electionē nō sepat vel nō eligit rōnalia ab irrationalib⁹ eo q rōnalia cū irrōnalibus nō ordinetur ad gl'iam. ad quē electi eligūtur. sed, soluꝝ eligit rōnalia a rōnalibus. z ex hoc manifestum est primum. videlz electionē tñ esse respectu eorū q̄ sunt eiusdē generis. Secūdo vt dicebat electio est solum bonoꝝ. Iꝝ ergo mali separētur a bonis z conuertio: soli tñ boni dicūtur electi: qz electio tñ bonoꝝ est. Tertio nō est eternoꝝ z eoꝝ q̄ nō possunt se alr habere: z qz deus bonitatē suā nō pōt nō velle omnē aliā bonitatē pōt velle z nō velle respectu sui electionē nō habebit. sed respectu aliorū qō tertio declarandū dicebat. Hec etiaz veritas ex eo qō p̄mo de electione dictū fuit declarari pōt: qz electio nō est finis: sz eoꝝ q̄ sunt ad finē. de⁹ igit eligit alia z nō se. Quarto vt tāgebatur electio nō est eoꝝ q̄ sunt p accidens z pter intentionē. Et qz opꝝ intentionē eligē tis versari circa electa cum ꝫ absq; cognitione esse nō possit deus electorū certā cognitionē hꝫ nō casuam vel fortuitā. Quinto diuina electio pōt esse eterna z tpalis. Haz vt dictū est. electio nō est pteritoꝝ vel factoꝝ. duplr ergo aliqs pōt eligere: vt fm ppositū volūtatis sue vt ex eo qz i intētione sua alia ab alijs sepat: vel fm executionē opis cuz actualr sepat electa a nō electis. Primo mō deus eligit eternalr qz ab eterno fm ppositū volūtatis sue electos ab alijs separauit. Scōo mō eligit tēporaliter in quantū aliquos vel a pctō originali vl actuali p collationē gre sepat vel etiā aliquē a cōi statu hoium separat ipm in prelatū eligēdo. Pōt igitur electio diuina nō solū esse tēporalis. sz eterna cū sit futurorū z nō sit cōtra rōnem creaturarū ab eterno fuisse futuras. pz igit electionē in deo esse z qualr. Ad primū dō q in deo nō est electio q̄ psequitur consiliū fm q̄ consiliū rōcinationē z inquisitionē importat: qz huiusmōi eligere est nature ignorantis: sz est in eo electio q̄ sequit cognitionē firmā vt oñsuz est. Et p hoc pz solutio ad 2m cōm z tertiū: qz arguūt de electiōe psupponēte cōsilium, put consiliū inquisitionē z ratiocinationem im-

portat. Ad quartū dō. q si ab eterno nō fuerunt multa ꝫ esse q̄ hūt in nā ppria fuerūt tñ multa fm esse qō hūt in cognoscēte: qz deus ab eterno vidit qc quid fienduz erat in tpe fm esse. ppie nature ita q reb⁹ accipientib⁹ esse nihil scie diuie accreuit z sufficit sic multa ab eterno ponere. ad hō q deus ab eterno elegerit. Ad. v. dō q deus se hz equalr ad oīa psupposito ordine z dispositiōe rerū. vñ cōsueuit distingui duplex habitudo ad creaturas. vna q̄ respicit primā distinctionē rerū. z fm hāc deus nō se hz eqliter ad oīa. Sz fm ordinē sapiētie sue diuersis reb⁹ diuersas naturas instituit. Alia habitudo est fm quā rebus iam dispositis z fm nām suā ordinatis puidet. z quantū ad hāc habitudinē dicitur deus se hre eqliter ad oīa in ēztuz cuilibet puidet fm suā ppportionē sicut sol ēztuz est de se equalr calefacit oīa attū qz in reb⁹ sunt diuersi gradus aliqua magis calefiūt a sole z aliqua min⁹ fm q̄ sunt magis z min⁹ dispositā ad recipiendū solis influentiā. sic deus ēztum est de se equalr oibus influit. attū res huiusmōi influentiam inequalr suscipiūt ppter diuersos gradus exītes in ipsis. Sz si vlteri⁹ q̄rer etur. vñ sumpsit ordinē ista diuersitas graduū. dō esset qō ex ordine diuie sapiētie. fm quā deus diuersis reb⁹ diuersos gradus indidit. Si igitur reprobatio z approbatio sumūtur p p̄ma rerū distinctione. tūc argumentū peccat i materia: qz fm hāc habitudinē deus equalr nō se hz ad oīa. Si autē sumūtur nō p p̄ma distinctiōe rerum. sz p reb⁹ iam dispositis tūc etiā assumit falsa z peccat in mā: qz inter ipsas res iam est aliqua distinctio z si nō fm esse nature, ppie est tñ fm diuinū propositum z eius prescientiā.

Ad 6ō. sc̄da

Secūdo q̄ritur. vtrū electio p̄destinationē p̄cedat. z videt q̄ nō: qz aliqd eligit ex eo q̄ hz rōnem boni: sz non hz rōnem boni nisi ex eo q̄ psequitur finē z bonū. Si igit dirigere aliqd in finē est p̄ri⁹ ēz finē cōsequi p̄destinatio q̄ dicit directionē in finē est pōr electiōe q̄ videtur importare finis cōsecutionē. Preterea. electō vocationē quandā importat: qz ex hoc aliq eligūtur a deo: qz fm diuinū ppositum ad aliqō spāle vocant. sz vocatio p̄destinationē segtur: qz ap̄lus ad ro. viij. p̄destinationē añ vocationē ordinat. dicēs quos p̄destinauit hos z vocauit. q̄ tē. Preterea. electio est act⁹ volūtatis. Nam sicut finis z ea q̄ sunt ad finē sunt volūtatis obiectū z ea circa q̄ v'satur volūtas. sic eligere z velle ad voluntatē ptinent. cū volūtas sit finis electio eoꝝ q̄ sunt ad finē. sic dicit. iij. ethic. sz p̄destinatio est act⁹ intellect⁹ eo q̄ dirigere qō p p̄destinationē importatur ad rōnem ptineat. cū igit act⁹ intellect⁹ p̄cedat actū volūtatis sicut forma p̄cedit inclinationē ad formā p̄destinatio erit pōr electiōe.

Preterea. p̄destinatio supza presciam videt addere volūtatē saluti⁹. sz electio supza presciam boc etiā addere videt: qz quos deus eligit saluari vult. ergo p̄destinatio est idez q̄ electio. nō q̄ electio p̄cedit eam. cū idē scip̄m nō p̄cedat. Incontrariū est. qz cū electio sepationē importet z deus nōcēs p̄destinet siue oēs dirigat. p̄us opz eū separe dirigēdos a nō dirigēdis q̄z dirigat illos. z qz electio importat separationē: p̄destinatio directionē: electio p̄destinatiōez p̄cedet. Rño dō q̄ oīa q̄ in deo sunt hūt esse vnū cū de⁹ sit summe simpler. z iō oēs hmōi diuini act⁹ vt in deo sunt: realr differre nō pñt. Sz eoꝝ dzia est solū fm intellectū: z qz pri⁹ z posteri⁹ distinctionē p supponūt solū fm modū itelligēdi: pri⁹ z posteri⁹ ibi assignare possum⁹. z ēztum ad talē añcessionē dicere possum⁹ q̄ electio p̄destinationē p̄cedat. nā vt in arguēdo tāgebatur. Si aliqs aliqua dirigere vellet.

alia nō dirigere nisi separet dirigēda a nō dirigēdis casualr solū dirigēda dirigeret. ⁊ qz respectu dei nihil est p accidens nec casuale. ſz oia subsunt ordini sapientie sue. segtur q⁹ prius eligat aliū ⁊ postea dirigat siue p̄destinet. ⁊ vt meli⁹ appeat qño huiusmōi act⁹ diuini ordinationē quandā hñt. notandū q⁹ ista se hñt p ordinē. videlz. dispositio. electio. dilectio. liber vite. p̄destinatio. vocatio. iustificatio. ⁊ p̄miatō. Nam dispositio p̄cedit dilectionē accipiendo dilectionē. sm q⁹ deus dicit bonos diligere. malos aūt odire. iuxta illud mal. j. Jacob dilexi. Esau odio habui. Nam talis dilectio nō est aliud nisi sm q⁹ deus suis amicis vult bonū gr̄e ⁊ glie. cū igitur dispositio vniuersi attēdatur sm gradus naturarū. sm q⁹ aliq̄ creature sm naturā suā sunt supiores aliq̄ iferiores dilectio antē vt h̄ de ea logmur attēdatur in ꝯstum deus. nō vnifozmiter sua dona cōicat. ſz aliquibus suā gr̄am tribuit. aliquib⁹ autē nō. dispositio p̄cedit dilectionē sic acceptā sicut nā p̄cedit gr̄am ⁊ cōe speciale. dilectio autē p̄cedit electionē. Nam ī deo ⁊ in nobis est ordo p̄rius: vt q⁹ volūtas nr̄a inclinat ad volendū ex exteriori bono: pri⁹ elegim⁹ aliqd bonū ꝯ vellim⁹ ipm bonū nobis vel alijs. ⁊ q⁹ diligere idem est q⁹ velle bonū. pri⁹ eligim⁹ ꝯ diligam⁹ siue accipiam⁹ dilectionē p dilectione ꝓcupscentie siue amicitie. sed deus prius diligit ꝯ eligat: qz cū diuina volūtas nō inclinet ad uolendū ex exteriori bono ⁊ qz res est bona deus eam diligat. ſz magis qz rem diligit bona existit. cū eligibile habeat rationē boni: sm modū intelligēdi deus prius vult nobis bonū ꝯ nos eligat: qz cū nō sim⁹ boni: nisi qz vult nob bonū: nec sum⁹ eligibiles nisi qz sum⁹ boni: de⁹ nos nō eligit nisi qz vult nob bonū. g̃ ipm velle bonū siue ipm diligere in deo sm modū intelligēdi electionē p̄cedit. electio autē p̄cedit libr̄ū vite. Nam liber vite nihil est aliud nisi diuina cognitio firma ⁊ certa respectu eoz̄ qui debēt dirigi ⁊ destinari ad vitā. Sed cum alig dirigātur ⁊ alig non sm modū intelligendi prius est separatio dirigendoz̄ a nō dirigēdis ꝯ fit noticia dirigendoz̄ siue cōscriptio ipsoz̄ q̄ dicit liber vite. huiusmōi autē liber vite p̄cedit p̄destinationē Nam vt supius dicebat electio ⁊ liber vite ⁊ p̄destinatio sm modū intelligēdi hñt ordinē sicut electio ⁊ cōscriptio ⁊ directio bellatoz̄ ad inuicez ordinātur. de⁹ eni cū vellit aliquos desiare ad vitā pri⁹ eos eligit. scdo quodāmō methaphorice. eos scribit habēdo dirigēdoz̄ firmā noticiā. ⁊ huiusmōi firma noticia dicit liber vite: qz ibi scripti sunt vel repsentātur q̄ debēt destinari ad vitā. postea autē eos sic electos ⁊ cōscriptos sm propositū volūtatis sue ad vitā destinat. igitur electio p̄cedit libr̄ū vite. ⁊ liber vite p̄destinationē. p̄destinatio autē p̄cedit vocationē ac cipiēdo vocationē p ipsa executiōe p̄destinationis: siue p collatione gr̄e. Nam tunc deus nos ad se vocat cū nobis suā gratiā tribuit. Nam cū p̄destinatio sit eterna talis vocatio tēporalis p̄destinatio vocationē sic acceptā p̄cedit sicut eternū tēporale. hec aūt vocatio ſz sit idez realr q⁹ iustificatio differt tñ rōne vt dicatur hō vocari in ꝯstum pficit in gr̄am dicat iustificari ꝯstum ad id qō ex gr̄a cōsequitur. eo q⁹ effectus gr̄e sit iustū facere. vñ vocatio sm rōnem iustificationē p̄cedit. ſz ei realr idē existat. vocatio aūt ⁊ ēt iustificatio p̄miationē p̄cedunt: qz prius est infusio gr̄e ꝯ adeptio glie. ⁊ iō pri⁹ est iustificatio vel vocatio ꝯ p̄miatio. siue ꝯ magnificatio vt ipam p̄miationem ⁊ adeptionē glie magnificationē vocem⁹. vñ ad ro. viij. dicitur quos aūt p̄destinauit hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit hos ⁊ iustificauit. quos autez iustificauit illos ⁊ magnificauit. pz ergo qño p̄destinatio ⁊ electio se habeāt ad inuicē ⁊ qualr ad alia.

Ad primū dō. q⁹ electū ad dirigendū in finem siue in bonū: nō opz esse bonū ex eo q⁹ actualr habeat finem vel bonū in quo dz dirigi. sed sufficit q⁹ in eo sit aliqualr possibilitas ad consequendū tale bonū. iō prius eligitur ꝯ dirigatur in ipm bonū vl' ꝓsequat ipm. Ad scdm dō q⁹ vocatio non proprie est ipsa electio. ſz est quasi quedaz executio electionis. ⁊ qz talis executio gd tpale iportat accipiēdo eam: vt de ea logtur apls: vl' vt de ea locuti sum⁹. nō est inconueniens predestinationē vocationē p̄cedere. ſz electio p̄cedat predestinationē. vel dicere possum⁹ q⁹ electio dupler est tēporalis ⁊ eterna. ⁊ ſz electio tēporalis predestinationē sequat: qz prius aliqs p̄destinatur ꝯ actualr ⁊ sm executionē opis ab alijs separetur. electio tñ eterna predestinationē p̄cedit. ⁊ huiusmodi vocatio q̄ predestinationē segtur. si est idem cū electione est idem qō electio tēporalis. nō qō electio eterna. attñ nec proprie est idem qō talis electio. ſz aliquo mō sit hui⁹ electiōis executio. Ad tertiū dicendū q⁹ p̄destinare nunc̄ noiat actū intellect⁹ absolute sumptū. Sz vel noiat actū volūtatis in ordine ad notionē vel noiat actū intellect⁹ in ordine ad voluntatē. ⁊ qz nō noiat actū intellect⁹ simplr: nō est inconueniens aliquē actū voluntatis vt electionē p̄cedere huiusmōi actū intellect⁹. Ad quartū dō q⁹ p̄destinatio nō est idem q⁹ electio. ⁊ ad formā arguē di dō. q⁹ aliter supra prescientiā addit voluntatis electio. alr p̄destinatio: qz electio supra prescientiā addit voluntatē salutis in ꝯstum saluādi a nō saluādis sepantur. p̄destinatio vero addit voluntatē salutis in quantū huiusmōi saluādi sm diuinū ppositum dirigūtur in vitā. ⁊ qz nō est idem separe alios ab alijs ⁊ dirigere eos in finē. imo huiusmodi separatio directionē p̄cedit. electio nō est idem q⁹ p̄destinatio sed p̄cedit eam.

Einde q̄rtur de cālitate p̄destinatiōis. Et circa hoc querem⁹ duo. Primo: vtrū p̄destinatio habeat cām vel solū sit causa nō habens cām aliam. Secūdo. vtruz possit iuuari precibus sanctorum.

D primū sic p̄ceditur. videtur q⁹ p̄de- Dō. iij.
a stinatio habeat causam. nam deus nihil ir rōnabiliter agit. Si ergo hunc p̄destinat ⁊ alium nō p̄destinat. opz huiusmōi actuz rōnale esse ⁊ aliqua rōne fieriſz assignare rōnem alicuius est assignare cām illi⁹. igitur p̄destinatio cām hz̄ er quo rōnabilis ē. Preterea. sup illo. malach. pmo. ⁊ habetur in lr̄a. Jacob dilexit: esau aūt odio habui. dicit Aug. de⁹ cui vult miſetur. ⁊ q̄ vult indurat. ſz hec volūtas dei iniusta esse nō pōt. venit eni de occultissimis meritis. ergo aliqd est predestinationis cā: qz merita nr̄a. Preterea. vn⁹ pōt mereri alteri gr̄am primā. ſz qua rōne pōt ei mereri mam gr̄am pōt ei mereri ⁊ finalē: ſz er eo q⁹ aliqs hz finalez gr̄am est predestinat⁹. ergo p̄destinatio cadit sub merito. igitur hz cām. Preterea. id ad qō p̄destinatur predestinati: est glia eterna. ſz talis glia cadit sub merito. qz hñ operādo vitā eternā mereri igitur ⁊ p̄destinatio sub merito cadit ⁊ cām hz. Incō trariū est magr̄ q⁹ ait q⁹ nec predestinatiōis effect⁹ cām inuenire possum⁹. Rño. dicendū q⁹ circa rōnem predestinationis fuerūt diuerse snie. nam quidā ex ipsis operib⁹ cām predestinationis assignare voluerūt. quidā vero p oēm modum negauerūt ei⁹ cām. Qui vero ex ipsis operib⁹ assignauerūt cām quinq̄ ptiti sunt. Nam quidā videntes diuinā voluntatē iniustā esse nō posse. dixerunt diuinaz predestinationē puenire ex occultissi

mis meritis. credebãt eni iniquitatẽ ⁊ iniusticiam esse apud deum si vnũ predestinabat ⁊ nõ aliũ: vel vni ꝓponebat gr̃am tribuere ⁊ nõ alij: nisi hoc ꝓueniret ex meritis eozũ quib⁹ gr̃a prebebatur. ⁊ huiusmodi positionis aliqñ visus est fuisse Aug. q vt habetur in lr̃a dixit voluntatẽ diuinã qua vnũ saluat vel saluare ꝓponit ꝓuenire ex occultissimis meritis: qz iniusta esse nõ pot. Sz ista positio repugnat verbis apli q ad ro. ix. repetẽs qõ scriptũ est. mala. j. Jacob dilexi. Esau aũt odio habui. ait hoc esse fm electionẽ ⁊ dei ꝓpositũ nõ ex operib⁹. igitur merita nr̃a vel opa exr̃na in diuina p̃scia: predestinationis cã esse nõ pot. Sz solũ diuinũ ꝓpositum videt esse huius rõ. verba autẽ Aug. indigẽt pio intellectore. vel dõ vt magr̃ in lr̃a videt sentire q Aug. illã sniam retracta uit. Nã idẽ Aug. in de p̃destinatione sc̃oꝝ plane negat merita nr̃a esse p̃destinatiõis cãm dicẽs. Ta ceat hũana lingua nec p̃orsus in p̃destinatione de meritis extollat. ⁊ subdit q diuine volũtatis est hoc donũ nõ hũane fragilitatis meritũ. Secũdi hãc etiã ꝓtulerũt sniam alio motiuo moti. crediderũt enim gr̃am sub merito cadere. iõ cãm quare de⁹ vni gratiam tribuit ⁊ nõ alij opa suscipiẽtis gr̃am assignabant dicẽtes: qz hic meret gr̃am suscipe ⁊ non ille. ⁊ huiusmõi positionis videt fuisse pelagius. Sz sic dicentes ignorãt vim verbi. Maz si aligs posset gratiam ꝓmereri. tũc gr̃a q sibi daret esset ei debita. Sz qõ est debitũ nõ est gr̃a. Si igit simplr̃ loquẽdo gr̃a caderet sub merito. gr̃a nõ esset gr̃a. Tertii autẽ etiã alio motiuo moti dixerũt opa nr̃a esse cãm tributionis gr̃e. posuerũt eni aias a p̃ncipio creatas. ⁊ in alia vita cõuersatas fuisse. ⁊ fm bona opa vel mala q ingesserũt. deus aliquib⁹ gr̃am tribuit ⁊ nõ aliis. ista positio dicit fuisse origenis. magr̃ tñ eaz in lr̃a recitat nulli eam attribuẽs. Sz hec positio stare nõ pot. Nam plane ꝓdicit verbis apli. ait eniz ad ro. ix. q cũ nihil boni aut mali egissent dictũ est. Jacob dilexi: Esau aurẽ odio habui. ergo bona vel mala opa in alia vita nõ sunt cã: quare nobis tribuatur gr̃a: vel tribuat in vita ista. Quarto ex opibus nr̃is assignare cãm gr̃e. alr̃ alij conati sunt. Dixerũt eni gr̃am nõ cadere sub merito ẽstum ad p̃cedentia opa. cadere tñ ẽstum ad sequẽtia. vñ deus tribuit vni gratiã ⁊ nõ alij. qz scit ip̃m bñ vsurũ ea ⁊ nõ aliñ. ita q opa q̃sfacit habẽdo gratiã merẽtur gratiã pri⁹ datã. sicut aliquis rex daret equũ militi si sciret ip̃m bñ esse vsurum ita q bonus vsus equi post dationẽ ei⁹ meret equũ prius datũ. Sz isti decipiũtur ex mala ymaginatiõe. Nam Iz nõ ois actio militis suscipiẽtis equũ ex quo depẽdeat ꝓpter qõ pot mereri equũ post dationẽ eq ois tñ actio bona nr̃a p̃incipalr̃ est ex gr̃a q si bona opa post collationẽ gr̃e gratiã mererenr̃. seipam gr̃a meretur. Quinto aliqui inter ceteros rõnabilius loquẽtes dixerũt gratiã cadere sub merito. vñ de⁹ vni gratiã tribuit ⁊ nõ alij eo q ille merebat p opa sua ⁊ nõ alius. nam fm eos opa p̃cedentia gratiã merebãtur: gratiã nõ simplr̃: sed fm quandã dispositionẽ. dicebant enim q in hois ptãte est se ad gratiã dispone re. Sed nec isti bñ dicũt. Nam minimũ inter opa bona ẽ cogitatio. ⁊ tñ fm apl'm. ij. ad cozinthios. iij. Non sum⁹ sufficiẽtes cogitare aligd ex nobis. quasi ex nobis. Totũ igitur est a deo ⁊ collatio gr̃e ⁊ dispositio ad gratiã. nam ipse nõ solũ opatur in nobis ꝓficere. sed etiã velle. p bona volũtate. Sed cũ nõ ponamur nisi volẽdo etiã ipsa dispositio ad gratiaz: est in nobis a deo. Dicam⁹ ergo cũ apl'o ad Ro. ix. q nõ est volentis velle neq; currẽtis currere. sz totũ est miserẽtis dei. vñ isti hudez alibi aliam ꝓtulerũt sniam. dixerũt eni q dirigere p̃destinationẽ impoz tatum est act⁹ rõnis p cõparationẽ ad voluntatẽ. ⁊ iõ huius directionis cã esse pot q̃quid pot esse inclinatiuũ volũtatis. Inclinare aũt voluntatẽ pot aliquid dupl'r. ꝓimo p modũ meriti. Secõ p modũ debiti. p modũ meriti nihil pot inclinare voluntatẽ diuinã: qz ei⁹ volũtas inclinari nõ pot vt aligd mereatur cũ deo nihil sit ꝓficiens. p modũ autẽ debiti aligd pot esse inclinatiuũ volũtatis ⁊ dupl'r. primo simpliciter. secũdo ex suppositione. Simplr̃ aũt voluntatẽ mouet solũ qõ hz rõnez finis. qz fm phm in finẽ quodãmodo ferũtur naturalr̃. ꝓpter qõ simplr̃ in eũ ferũtur. ex suppositiõe aũt p modũ debiti aligd voluntatẽ inclinat. vt cũ aligs vult vnũ q⁹ volẽdo opz eum velle aliud: vt si aligs vellet aliquẽ facer̃ militẽ. sequitur q⁹ ei vellet dare equũ. posito q⁹ factio militis esse nõ posset absq; largitione equi. ꝓximo mõ p modũ debiti simplr̃ nihil pot esse inclinatiuũ volũtatis diuine. qz tũc aligd aliud a deo esset ei⁹ finis qõ est impossibile: sed p modũ debiti. Secõ mõ vt ex suppositione aligd pot diuinã voluntatẽ inclinare: vt si deus vult aligd. opz eum velle oia illa sine quib⁹ illud esse nõ pot. Nullo istoꝝ modoꝝ p̃destinationis cãm assignare possum⁹. nõ eni ei⁹ cãm assignare possum⁹: qz aliqñ sit inclinatiuũ volũtatis per modũ meriti: qz nihil sic diuinã voluntatẽ inclinat: nec etiam p modũ debiti simplr̃: qz volũtas diuina sic ab alio inclinari nõ pot. nec etiam p modum debiti ex suppositione: qz Iz aligd sic diuinã voluntatẽ inclinare possit: eo q p istuz modũ assignare rõnem volũtatis diuine nõ est eam assignare ex pte volũtatis. Sz magis ex pte volitoꝝ in ẽstum vnũ volitum sine alio esse nõ pot. attñ ẽstum ad p̃tem questionẽ talis ratio siue talis assignatio cãe nõ facit ad ꝓpositum. Nam si hois natura nõ posset esse sine gr̃a vel absq; eo q dirigeret in gl'iam: inclinaret diuina voluntas p modũ debiti ex suppositiõe: si vellet p̃ducere hoiem q⁹ euz predestinaret: qz hois natura fm ypothesim factã absq; gr̃a ⁊ directione in gl'iam esse nõ pot. Sed cũ hoc nõ sit vex: sed possit esse natura hũana absq; gr̃a. ⁊ ꝓter hoc q⁹ destinet in gloriã: p̃destinationis cãm vel rõnem. quare voluntas diuina inclinet ad p̃destinandũ aliquos hoies. nullo modo inuenire possum⁹. Cũ ergo q̃ritur. quare de⁹ hoies p̃destinat fm istos dicendũ est: qz vult ⁊ nihil assignandũ est: nec p modũ meriti: nec p moduz debiti simplr̃: nec debiti ex suppositiõe. quare volũtas diuina inclinetur vt p̃destinet aliquos. Sed nec istud est simplr̃ verũ: qz p̃destinationis rõnez ex pte ipsoꝝ effectuũ vel ipsoꝝ volitoꝝ aliqualr̃ assignare possumus. ⁊ qõ dicũt qz nõ possim⁹ assignare aligd qõ sit inclinatiuũ diuine volũtatis ⁊ quare velit p̃destinare aliquos falsum est: qz inclinatiuũ p modũ debiti nõ simpliciter: sed ex suppositione assignare possumus.

Ideo notandũ q⁹ in p̃destinatione duo est cõsiderare. ꝓximo diuinũ velle. Secũdo diuinũ volitũ: ex parte ipsi⁹ velle nullã aliam cãm assignare possum⁹: qz cum diuinũ velle sit suũ esse. si aligd esset cã quare deus vellet aliquid: esset causa quare deus esset. Nec dicere possum⁹ q⁹ merita que sunt in p̃sciẽtia siue ip̃m p̃scire diuinũ qõ est eternũ: sit causa quare deus vellit. Nam volũtas diuina libera est: nec ex eo q⁹ p̃scit. aliqua opz eum velle. rationẽ ergo ⁊ causam p̃destinationis assignare debem⁹ ex parte volitozum ⁊ effectuũ. nõ ex parte ipsi⁹ diuini velle. effectus autẽ p̃destinationis dupl'r cõsiderari pot. ꝓximo in sui ptialitate. Secõ in sui totalitate. assignare autem cãm in partialitate nõ est difficile: ⁊ maxime fm diuersa genera causarũ. nam ⁊ gr̃a est causa glorie. ⁊ gloria gratie. sed gloria est cã gratie in genere

cause finalis. gratis glie in genere cause meritorie vult ergo deus istī dare grām ꝓpter gloriā tam ꝙ ꝓpter finē. ⁊ gloriā ꝓpter gratiā nunc̄ ꝓpter id qđ ē causa meritoria: ſz in ſui totalitate ⁊ omniū effectuū q̄ considerātur in p̄destinatione cām assignare possūmus in vniuersali nō in pticulari. buiusmōi autē cā tripl'r sumi pōt. Nam cū de⁹ dat vni gratiā ⁊ nō alij. ibi quedā inequalitas videtur esse. huiusmōi inequalitatis c̄ztum ad p̄sens sunt tres cause. quarū due arguunt inequalitatē simpl'r. tertia specialr arguit. p̄me due sic distingūtur. Nam deus est cā vniuersal' ⁊ est cā superexcedens effect⁹ suos. vna ergo rō quare deus in suis effectib⁹ vult esse inequalitatē sumitur ex vltate cālitatis ipsi⁹. alia ex superexcessu virtutis ei⁹. vel vna sumit ex pfectione toti⁹ vniuersi. alia ex impfectione cuiuslibet ptis in se accepte. primū sic patet. Nam deus est cā vltis ⁊ pma. spectat ergo ad ipm intēdere bonitatē toti⁹ vniuersi. ⁊ si intēdit bonitatē partiū hoc ē ex eo q⁹ bonitas partiū infert bonitatē toti⁹. vbi aūt bonitas toti⁹ ex bonitate ptiuz impedit: nō spectat ad ei⁹ bonitatē earū bonitatez intēdere. ⁊ si q̄libet pars haberet esse nobili⁹: q̄libet pars esset meliozis cōditionis nō existeret: imo peiozis. cū ad sui perfectionez regratur diuersitas partiū. Nam si quodlibet mēbrū esset oculus: dato q⁹ oculus sit nobilissimū membroz: qōlibet membrū esset inde nobilius: totuz tñ corp⁹ cū requirat diuersitatē ptiuz ingnobilius ⁊ impfectius inde esset: ⁊ q: spectat ad bonitatē toti⁹ vniuersi habere inequales ptes. voluit deus eas inequales existere. ⁊ sicut est de partib⁹ totius vniuersi q⁹ ꝓpter perfectionē ei⁹ requirit ibi inequalitas. sic ⁊ de inequalitate eoz̄ qui ordinātur ad vitā eternā loqui possum⁹. Nam si q̄libet hō saluaretur glibet esset meliozis p̄ditionis. totū tñ vniuersum esset inde impfectius: q: ip̄m malū bñ ordinatum ⁊ ipsa pena dānatoruz facit ad decorē vniuersi vñ ⁊ apl's. i. ad corinthios. xij. volēs oñdere inequalitatē rerū rationabilē esse ait. Si totū corpus oculus vbi audit⁹. ⁊ si totū corpus audit⁹ vbi odorat⁹. sicut ergo totalitas ⁊ pfectio toti⁹ corporis requirit inequalitatē partiū. sic totalitas ⁊ pfectio vniuersi requirit inequalitatē eoz̄ q̄ in vniuerso sunt. Cum ergo q̄ritur quare deus aliquos p̄destinat ⁊ aliquos nō. assignare possum⁹ rōnem in vniuersali. dicētes hoc esse ꝓpter decorē ⁊ perfectionē vniuersi. sed in particulari. quare hos dānat. hos aūt saluat. nō possumus assignare cām nisi voluntatē diuinā. sicut cū figulus ex eadē massa facit quedā vasa in honorem q̄dam incōtumeliā. si q̄reretur ratio diuersitatis vasorum assignari posset in vniuersali nō in pticulari. facit eni hāc diuersitatē ꝓpter perfectionē domus. requirit eni dom⁹ pfectio vasoz̄ diuersitatē. ſz si q̄reretur in pticulari quare ex ista pte massē facit vas in honorē ⁊ ex alia pte vas incōtumeliā p se loquēdo nō assignaret nisi volūtas artificis. Sc̄a rō sumi pōt ex excessu diuine virtutis. vel ex impfectione cuiuslibet partis in se accepte. Nam ſz oēs effect⁹ simul sumpti impfecte repsentēt bonitatē diuinā. pfectiori tñ mō vel min⁹ impfecte eam exprimūt oēs effectus simul sumpti quasi quicūq⁹ effect⁹ singulariter accept⁹. ⁊ iō deus fecit in vniuerso inequales ptes: vt vnus effect⁹ suā bonitatē repsentaret p vnū modum ⁊ alius p aliū. Nam sic p inequales effect⁹ magis: vel saltē plurib⁹ modis exprimat diuina bonitas. c̄z si oēs effect⁹ equales essent. vñ Aug. lxxiii. q. querēs cū oia deus fecerit. quare nō oia fecit eq̄lia. Resp̄ndet q⁹ nō essent oia. si essent equalia. non enī essent multa rerū genera quib⁹ cōficitur vniuersum. volēs igitur deus multis mōdis bonitatē suā patere facere vt essent omnia. non oia fecit equalia. ⁊ sicut loquimur de partibus vniuersi cōiter. sic ⁊ dicere possum⁹ de hijs q ordinātur ad gliam. Nam si oēs saluarētur: vel oēs dānarentur nō tot modis manifestaret divina bonitas quot manifestat. si alii qui dānantur ⁊ aliqui saluātur. C̄ū ergo q̄ritur quare deus aliquos p̄destinat ⁊ aliquos reprobat. assignare possum⁹ rōnem in vniuersali dicentes vt multis modis manifestet sua bonitas. ſz in pticulari q̄re hos p̄destinat ⁊ hos reprobat. assignare nō possum⁹ rōnem nisi volūtatē suā. sicut aliqs artifex facit multa genera vasoz̄ ⁊ inequalia vt ostēdat artem suā multiformē esse. Sed si q̄reretur quare ex hac parte masse facit vasa hui⁹ generis ⁊ ex alia alteri⁹. nō posset assignari rō in pticulari nisi voluntas artificis. Tertia rō ad hoc idem sumit specialr ex hijs que videmus in hijs q̄ ordinātur ad vitam eternā. Nam prime due vie assignāt rōnē inequalitatis cuiuslibet. hec aūt via specialr assignat rōnem inequalitatis eoz̄ qui ordinātur ad gloriā. Nam ſm Aug. in de p̄destinatione sc̄orum nō pōt tñ iustus dici deus. Sed ⁊ iustus ⁊ misericors. volens ergo deus ostendere suā misericordiā ⁊ suaz iusticiā aliquos salvat ⁊ aliquos dānat: q⁹ si oēs saluarētur ita appareret misericordia q⁹ nō appareret iusticia. vel nō tot modis appareret divina iusticia vt nō apparet. Rursum si oēs dānarentur ita appareret ei⁹ iusticia q⁹ nō appareret misericordia vel nō tot modis manifestaret ei⁹ misericordia vt modo manifestatur. volēs ergo deus multis modis suā iusticiā ⁊ misericordiā patefacere aliquos saluat ⁊ aliquos dānat. istam viam tangit aplus ad ro. ix. ⁊ tāgit eam Aug. in de p̄destinatione sc̄orum. dicens. Descēde ergo si vales in profundū misericordie dei ⁊ ascēde. si sufficis in altitudinem iusticie. iudicij ei⁹. q. d. si vis scire quare aliquos saluātur ⁊ aliqui dānantur. cōsidera profundū diuine misericordie ⁊ altitudinē diuine iusticie. igitur in vniuersali hui⁹ inequalitatis rōnem assignare possumus vt deus aliquos saluat aliquos dānat vt manifestetur ei⁹ misericordia ⁊ ei⁹ iusticia. Sed in pticulari quare hos saluat hos aūt dānat nō est ibi ratio nisi volūtas dei. Si ergo deus vult pfectionem vniuersi ⁊ vult bonitatē suā multis modis manifestare ⁊ oēndere suam misericordiā ⁊ suam iusticiam cum hec requirāt salutē aliquoz̄ ⁊ dānationez aliquos dānat ⁊ aliquos saluat. ꝓpter q̄ in vniuersali habet rationē: sed in particulari quare hos ⁊ nō illos nō habet rōnem: sed ammiratiōnē. nō est enim alia ratio quare hos dānat ⁊ nō illos nisi voluntas eius. hec autē voluntas nō est iniusta: q: cum nō teneatur alicui largiri sua dona. ⁊ q̄quid dat ex liberalitate det absq; reprehēsione ⁊ iniquitate licz sibi q̄ vult facere. Si ergo iudicia dei comprehēdere nō possumus. ea tamē reprehēdere nō ualeam⁹ vt vult Aug. in de p̄destinatione sc̄orum. taceat ergo lingua humana ⁊ de suis nō extollatur meritis ⁊ rationem iudiciorū dei in vniuersali assignet. in particulari nō dicat oia hec existere ſm diuine voluntatis arbitriū. Ad primū dicendū q⁹ diuina predestinatio habet rōnem in vniuersali nō in particulari. ⁊ hoc sufficit ad hoc q⁹ rōnabilis existat vt patet perhabita. Ad secundū dicendū q⁹ vt tactū est Aug. illam sententiā retractauit. vnde nō est intelligēda illa auctoritas vt verba superficialiter sonāt. vel dicendum illud esse intelligēdum c̄ztum ad effectus p̄destinationis nō in sua totalitate sed ſm partez. Nam aliquis effectus p̄destinationis: vt adeptio glorie summit rōnem ex meritis nostris. ⁊ p hoc patet solutio

ad tertium ⁊ quartū. Nam licz aliquis alicui possit mereri primā gratiā nō ppter hoc assignatur rō effectuū predestinationis in sui totalitate cū ordo predestinationis oratione illam p quē alicui prima gratia tribuitur includat. Sic etiam assignare rōnem cōsecutionis glie eo q adeptio ei⁹ cadat sub merito nostro: est assignare rationē alicuius effectus predestinationis nō effectuum simpliciter.

xlvi. Secundo q̄ritur. vtrum predestinatio possit iuuari p̄cibus scōrum. ⁊ videtur q nō. qz vt dictuz est. quare iste saluetur nō est assignare rationē ⁊ causam. possum⁹ tū assignare rationē quare aliquos deus dānat ⁊ aliquos saluat. Sed quare hos dānat. hos vero saluat non habet rōnem: sed ammiratione. sed quicūqz orat. vl orat pro aliquo in particulari: vel pro oibus vniuersaliter. vel pro aliquib⁹ sub cōfusione nō descendendo ad speciales psonas. si orat p aliquo in particulari tunc frustra est oratio sua: qz quare deus hūc trahat illū vero nō trahat non hz cām nec rōnem nisi voluntatē diuinā. si vero orat pro oibus simpliciter nunq̄ exaudit: qz tunc euacuaret pfectio vniuersi. facit enī decorē vniuersi q aliqui saluētur ⁊ aliqui dānentur. si vero orat in quadā cōfusione nō descēdendo ad speciales psonas: circa talem orationē nō opz eum esse intētum. Nam aliqui saluabūtur ⁊ aliqui dānabuntur cum hoc sit diuinū p:opositū. Preterea. cōtingentia nihil faciūt ad hoc q necessaria eueniāt: qz cum qōlibet cōtingens possit impediri: nullum necessariū dep̄det ex cā cōtingente. sed illū orare ⁊ nō orare est cōtingens. cum igitur p̄destinatos saluari sit necessariū. oratio predestinationē nō iuuat. Preterea. deus cui vult misetur. ⁊ quem vult indurat vt dicitur ad ro. ix. Ergo tota salus nostra dep̄det ex volūtate diuina. Sed cū voluntas diuina nō sit virtus passiua nō mouet ab exteriori bono. ergo hūc orare vel nō orare nihil ad predestinationē facit cum volūtas diuina mutari nō possit.

Preterea. p̄destinatio dicit diuinū p:opositū ⁊ diuinā voluntatē nō antecedentē solū sed etiam cōsequentē. sed talem oportet impleri. orationes ergo p̄destinationē nō adiuuāt. Incontrariū est Aug. in de p̄destinatione scōrum. qui ait: q in hūc p:opositum sumus hoies ad bonū opus exhortemur. nulli autē desperationē demus p inuicem oremus: sed hoc nō esset nisi salus vni⁹ ⁊ p̄destinatio ei⁹ iuuaretur p orationes alterius. ergo ꝛc. Preterea. sicut dictum est aliquis p̄t mereri alteri p orationē primā grām: sed hoc nō esset. nisi p̄destinatio nostra posset iuuari p̄cib⁹ scōrum. ergo ꝛc. Rño. dō. q Dionysius in. de. di. no. determinās de virtute orationis. ostēdit p duo similia. qualiter intelligēdum sit orationes esse pficuas. Primum est qō ymaginari debemus quosdam radios diuinorū bonorum extendi a summitate celesti vsqz ad terrā ante conspectū nostrū ⁊ q p illos radios. q̄si p quosdā funes manib⁹ nostris ad celos ascēdimus: ⁊ sic ascēdendo nō deponimus illam radiorū cateruā eo q diuini radii vbiqz p̄sentes sint: nec celum ad nos trahim⁹. sed nosmet ipsi p ascēsum nostrū ad celos appropinquam⁹. Nam si quidā funis p̄tēderetur ab aliqua summitate vsqz ad terrā si quis ascenderet p funē illum. forte videretur et q summitatē illam ad se traheret. sicut videtur alicui cū est in aqua. q arbores in terra scite moueātur. eo q ipse mouet. attū summitas illa nō traheretur ad ipm. sed ipse p ascēsum suū appropinquaret ad illam. Sedm simile adducit. qm̄ si aliquis in aqua staret ⁊ ab aliqua petra fira p̄tēderetur quidā funis vsqz ad ipm: si illū funē trahet lapidez de loco suo nō remoueret. sed remoueret seipm. ⁊ se ipsum ad lapidē adduceret. ⁊ sicut est in trahēdo: sic est in impelliendo. Nam si quis in aqua existēs lapidem aliquē fixū impelleret. nō ipm lapidez de loco suo remoueret: sed seipm a lapide separaret. huiusmodi funes ptensi a petra vsqz ad nos existētes in aqua. ⁊ radij diuini descendentes a summitate celi vsqz ad terrā sunt ipse ordo causarū p quē est executio diuine puidentie ⁊ diuine p̄destinationis. p talē enī ordinē ipsa summitas celi. ⁊ ipa petra inmobilis siue ipm diuinū propositū altissimū ⁊ semp firmum de loco suo nō mutatur ⁊ immobile pseuerat. Sed nosmet ipsi p ipm ordinē ascēdimus ad diuinū ppositum in hūc mediātibus causis secūdis cōsequimur qō de nobis disposuit cā prima. oratio ergo viri iusti nō immutat diuinū propositū nec eius predestinationē. Sed qz sic ordinauit deus q iste conseqretur grām p p̄ces scōrum. dicūtur huiusmōi orationes iuuare diuinā prouidentiā in hūc p eas quasi p cām scōam aligs cōsequetur p̄destinationis effectum. Si ergo bene intelligim⁹ virtutē orationis a Dionysio traditā apparet veritas. qūo p p̄ces sanctorum p̄destinatio adiuuat ⁊ nō soluz ex illo exēplo manifestat veritas: sed etiam oēs errores qui circa hoc exorti sunt remouētur. Naz diuina p̄destinatio ⁊ diuina puidentia quedam sollicitudo diuina circa suas creaturas dici possunt. circa hāc sollicitudinez fuit quadruplex error. Nam quidā posuerunt oia a casu esse: sicut fuerūt quidā antiqui naturales. quorū positio si bona esset: diuina p̄destinatio ⁊ eius puidētia euacuarētur totaliter. Quidā vero dixerūt deuz habere cnam aliquorū. sed nō omniū. Nam cōtingentia vt act⁹ humanos ⁊ ea q̄ p:ocedunt ex libero arbitrio in diuinā prouidentiā nō reducebāt. ⁊ in hanc positionē visus ē declinare Cicero vt recitat Aug. v. de ciuitate dei: ca. ix. qui volens in actib⁹ humanis saluare liberū arbitrium negauit a deo circa eos p̄scientiā futurorū. credebat eni q simul cū p̄scientia libex arbitriū stare nō posset. ⁊ si p̄scientia humanorum actuū a deo tollitur. tollitur a deo puidentia ⁊ p̄destinatio circa ipsos: cū talia absqz p̄scientia stare nō possit. Tertius error fuit stoycorū. qui vt narrat Aug. v. de cinitate dei. ca. ix. dicebāt oia ex necessitate cōtingere. vñ fm eos oia fato cōtingebant. ⁊ actiones humane nihil faciebāt ad consequendū effectum. ⁊ ideo fm istos quicqd oramus vel nō oramus nihilominus puisa pueniunt. Quartus error fuit quorūdam egyptiorū qui dicebant q ex quo dij disposuerāt aliqua facere p orationes hominū mutabant propositū. oēs hos errores Dionysi⁹ allidit p exēpla q̄ posuit de virtute orationis: qz ex eo q dicit radios diuinorū bonorū vbiqz p̄sentes esse: oñdit sub ordine diuine puidentie oia subiacere. ppter quod primus error qui dicebat nihil subiacere diuine puidentie. ⁊ secūdus qui aliqua illi ordini subiiciebat. ⁊ aliqua subtrahebat. psonaliter destructi sunt: ex eo vero q p huiusmōi funes ⁊ ordinē causaz dirit nos trahi ad diuinū propositū hūc p ipm cōsequimur quod deus de nobis disposuit: destruxit errorē stoycorum: qz si mediātibus secūdis causis deus suam prouidentiā ⁊ suā p̄destinationez exequitur. cū interhuiusmodi causas secūdas. ipse, volūtates ⁊ orationes hoium ⁊ bona opa computētur nō euacuat libertum arbitriū nec cōtingentia rerum. sed nostra p̄destinatio p preces sanctorū ⁊ p bona opa. quasi p causas medias adiuua mur. Nullus ergo dicat. qd prodest mihi bene facere ad quid alius pro me orat. si sum p̄destinatus saluabor: cum deus sic nos predestinet q̄ predestinationē suā p causas exequitur me

dias. vnde oportet te bene facere ⁊ orationem sanctorum nō respuere: cum talia nos iuuēt ad ostendendum p̄destinationis effectum. ex eo autē q̄ diuinū p̄positum assimilat petre ⁊ summitati celi imobili. destruit errorē egyptiorū qui credebāt diuinū p̄positum p̄ces hominū ⁊ p̄ sacrificia immutari. Patet ergo quo p̄destinatio nostra iuuatur p̄ces sanctorum. nō q̄ ipm diuinū p̄positū imutetur: sed q̄ p̄ eas iuuamur ad ostendendum p̄destinationis effectum. eo q̄ ordo secundarū causarū subiaceat p̄destinationi.

Ad primū dicendū q̄ oratio nō imutat diuinū p̄positum: nec est cā p̄destinationis. sed est id p̄ quod deus effectum sue p̄destinationis exsequit. Ad secundū dicendū q̄ necessitas diuine p̄destinationis vel diuine p̄uidentie nō tollit rerum contingentiam nec liberum arbitriū: vt est supius declaratū. Ad tertium ⁊ quartū patet solutio p̄ iam dicta: q̄ ꝛ diuinum p̄positū sit immutabile. iuuamur tñ p̄ orationes nō diuinū p̄positū immutādo. sed q̄ p̄ eas diuinū p̄positū adimplet. Rursum ꝛ diuinā voluntatē consequentē impleri oporteat. tñ q̄ hoc nō tollit causas secūdas: nō arguit q̄ p̄ orationes scōrum nostra p̄destinatio non iuuetur.

25. Vltimo q̄ritur de sciētia dei ⁊ q̄ de hac est satis superi⁹ dubitatū ad p̄sens de ea vnū querem⁹. s. vtrū quodcūq; enūciabile de⁹ sciuerit: nunc sciat. Et videt q̄ sic: q̄ p̄m magistrū in lra simplr asserendū est quicqd deus scit nūc scit. sed scire enūciabilia est aliqd scire. ergo quodcūq; enunciabile sciuit: nunc scit. Preterea sciētia dei inuariabilis est. ergo quicqd ab eo scitur: semp scitur. Nam si aliquid ab eo sciretur. ⁊ postea nō sciretur in sciētia eius: vt videt: esset facta mutatio. cuz ergo scire enūciabile sit scire aliqd: quodcūq; enūciabile sciuit deus: nūc scit. Preterea. eadē est res q̄ primo est futura. postea p̄sens. vltimo p̄terita. Sed cū a rebus enūciationes habeāt veritatē ⁊ p̄ consequēs entitatē. eo q̄ dispositio cuiuslibet rei in veritate est sua dispositio in entitate. opz nos iudicare de entitate enunciabiliū ⁊ p̄ cōsequēs de vnitate eorz. cū vnitas cuiuslibz: sit sua entitas p̄m vnitatē rei. est ergo idem enūciabile in quo ponitur p̄sens preteritū ⁊ futurū: cum sit eadem res. Sed cū tota causa. quare aliquib⁹ videri pōt deuz aliquod enūciabile prius scinisse qđ modo nō sciat: sit ex eo q̄ diuersitas temporū videtur variare enūciabilia cum talis diuersitas ideēptitati enūciabilium nō repugnet: quodcūq; enūciabile sciebatur a deo: modo scitur. Preterea. tēpus non est de significatione partiū oronis: sed magis de cōsignificatione. nō enim verbū significat tēpus: sed cōsignificat. cū ergo significatio orationis resultet ex significatione partiū: eo q̄ partes ei⁹ significēt separate. si tempus nō est de significatiōe partiū oronis: sed magis est qd extrinsecum ⁊ consignificatū. dicēdo sortez currere ⁊ sortē cucurrisse non fit variatio nisi in tēpore qđ p̄significatur p̄ verbū: talis variato nō facit diuersitatē enūciabilis: eo q̄ extrinseca naturā rei ⁊ eius idemptitatem nō mutant. Si igitur est idez enūciabile enūciatum p̄ p̄sens preteritū ⁊ futurū. quodcūq; enūciabile a deo prius sciebat ⁊ modo scitur. Incontrarium est. q̄ qcquid a deo scitur verum est: ⁊ cōuertitur: q̄ omne verū a deo scitur. sed aliquo nondū nato verum est ipm esse nasciturū. ergo tale enūciabile a deo scitur. ipsoq; iam nato: tale enūciabile non est verum. tale ergo enūciabile cum desinat esse verū desinit a deo sciri. nō ergo quodcūq; enūciabile prius sciebatur a deo: modo scitur. Rño. dicendū q̄ tota difficultas huius questionis cōsistit vtrū sit idem enūciabile cum aliqd enūciatur p̄sens preteritū ⁊ futurum. sicut est eadem res q̄ dicitur p̄sens preterita ⁊ futura: q̄ si est idem aliquē esse nasciturū ⁊ ipm esse natū sicut est eadem res q̄ prius est nascitura postea nata tūc sic oportet nos loqui de scientia diuina respectu enunciabiliū sicut respectu reruz. igitur sicut quecūq; res prius sciebat a deo: modo scitur. ꝛ illa res sic variata p̄ p̄sens preteritū ⁊ futurū. ita qđcūq; enūciabile prius sciebatur a deo: modo scitur. ꝛ huiusmōi enūciabile sit p̄ tēpora variatū. ⁊ q̄ aliqui crediderūt idem enūciabile esse sicut est eadem res dixerūt quodcūq; enūciabile prius sciebatur a deo modo scitur. videbatur eni istis incōueniens nō iudicare de vnitate enūciabilis sicut de vnitate rei: cum enūciabilia a reb⁹ veritatē habeant ⁊ p̄ consequens entitatē ⁊ vnitatez: eo q̄ entitatis ⁊ vnitatis rei est quodāmodo similis dispositio cum veritate eius. Sed illud improbatur: q̄ re ente ⁊ nō ente nō est eadem oratio vera: sed si eadez esset oratio sortes cucurrit currit ⁊ curret: cum sorte currente vera sit. sortes currit. ipso nō currēte vera esse possit. sortes curret vel cucurrit. sorte currēte vl nō currēte eadē oratio vera erit in qua cursus de sorte predicabitur qđ est cōtra phm in libro p̄dicamentorū. Propter hoc alij aliter dicūt. volunt enim aliud enūciabile esse in quo ponit preteritū ⁊ futurū: q̄ vnitas enūciatiōis sumit ex partib⁹ suis ex quib⁹ cōstat. cū igitur sint diuerse partes horū enunciabiliū. sortē currere ⁊ cucurrisse diuersa sunt enūciabilia. ⁊ respōdent ad motiuū predictorū p̄ interemptionē dicētes: falsuz esse enūciationē habere vnitatē a re ꝛ ab ea habeat veritatem. sed simplr interimere propositionē illam nō videtur bene dictuz cum veritas rei ⁊ entitas ⁊ vnitas quodāmodo idem dicāt. Propter hoc notandū q̄ p̄m Anſel. in libro de veritate. duplex est veritas enunciationis: p̄m q̄ ei duplex significatio cōpetit. vna est cum significat qđ significare accepit. alia cū significat ad qđ est facta. nam sortez currere significat curruz in esse sorti: siue ergo sortes currat siue nō currat banc significationē retinet ⁊ ab hac significatiōe nunq̄z cadit ⁊ ista ē significatio q̄ p̄m Anſel. inest orationi cū significat qđ significare accepit. Rursuz ꝛ semp sortez currere significet cursum inesse sorti. aliqñ tñ boc significat sorte currēte aliqñ nō currēte. ⁊ cū ꝛ significat ipso currēte. tūc oratio nō solū significat qđ significare accepit. videz cursuz inesse sorti. sed etiam significat ad qđ facta est. Nam orationes affirmatiue ꝛ significare acceperint rem esse. facte tñ sunt vt hoc significent qñ res sunt. Et sicut est de affirmatiuis. sic de negatiuis dicere possum⁹. nam negatiue acceperūt significare rē nō ee siue res sint: siue nō sint. facte tñ sunt vt significent res nō esse eā nō sunt. hec autē due significatiōes p̄m Anſelmū sic se hñt: q̄ vna est imutabilis ab oratiōe ⁊ naturalis ei ⁊ semper ei inest. alia vero est ei accidētalis inhereus ei mutabilr ⁊ p̄m vsum. p̄m has duas significationes assignat ipse duas veritates enūciationum. Nam cū veritas sit quedā rectitudo: q̄ quedā rectitudo inest orationi cū significat qđ significare accepit ⁊ quedā cū significat ad qđ facta est. vtroq; mō vera oratio dici pōt. sed prima veritas inest ei naturaliter ⁊ immutabilr. sicut ⁊ significare qđ significare accepit. sed secūda inest ei mutabilr. ⁊ quasi accidētaliter. sicut ⁊ significare ad qđ facta ē. Hoc viso patere pōt in oratione considerandū esse duplex tēpus vnū qđ quasi p̄ se ⁊ essentialr orationē respicit. sicut illud tēpus qđ orationem immutablr p̄comitatur. Nam si sortē currere semp significat cursum inesse sorti ⁊ sortem cucurrisse semp significat sortez fuisse

sub cursu sic acceptū esse ꝛ fuisse. quasi essentialiter ꝛ immutabiliter orationes ꝓsentes ꝛ pteritas respiciūt aliter pōt cōsiderari tēpus respectu orationis qō se hz ad ipam accidētaliter ꝛ mobilr. Nam pronūcians re sortem currere qñ currit vel qñ nō currit. tale tē pus p accidens orationē respicit. vñ p se loquendo nō variaf oratio ex eo q̄ pfertur re existēte vel non existēte. Dicamus ergo q̄ significatio orationis cuz significat qō significare accepit: ꝛ veritas q̄ cōsequi tur huiusmōi rectitudinē. ꝛ tēpus qō respicit huius/ modi significationē immutabilr ꝛ quasi essentialr. orationē respiciūt sicut ꝛ significatio sic acceptra imu tabiliter ꝛ quasi essentialr orationē respicit ꝛ iō cum talia variātur: impossibile est enūciabile remanere idem. Ideo sortem currere: ꝛ sortē cucurrisse: qz va riatur ibi tēpus: ꝛ etiā veritas. ſm q̄ p se talia ora/ tionē respiciūt. eadem oratio esse nō pōt. sed signifi catio orationis put significat ad qō facta est: vt cū significat rem esse qñ est. ꝛ etiam veritas ꝛ tēpus q̄ ſm talem significationē accipiūtur p se in oratiōe variationē nō faciūt: eo q̄ talia p accidens ad enū/ tiationē se hñt. vñ huiusmōi enūciatio sortes currit: siue pnuncietur qñ currit siue qñ nō. talis diuersitaf eam p se nō variat. Cum ergo q̄ritur. vtrū q̄cunq; enūciabile deus sciuit: nūc sciat. si loquimur de enū ciabili ſm q̄ res quedā est: dicendū q̄ sic. qz ipse scit oēs enūciationes possibiles formari. Si vero log/ mur de enūciabili vt est enūciabile ꝛ qd significati num tunc est distinguēdum: qz si loquimur de signifi catione put oratio significat quod significare acce pit: cum ſm talem significationē semp oratio sit ve ra: semp habebit rōnem scibilis. ꝛ ita ſm istū modū qō cūq; enūciabile deus sciuit: nūc scit. Si vo loqui mur de significatiōe put significat ad qō facta est cū ſm talem significationē ad variabilitatē rei variet veritas eius: non quodcūq; enūciabile deus sciuit: nunc scit: qz sciuit xp̄m esse nasciturū: nunc autē non scit ipm nasciturū: hz natum. ꝛ qz talis variatio enū ciationum est solū ꝓpter variationē rerū sicut non variatur eius sciētia ex eo q̄ nō scit aliqd enūciabile qō prius sciebat accipiēdo enūciabile vt enūciabi le est: ꝛ vt significat ad qō factum est. Ad primuz dicendū q̄ quicquid deus sciuit: nūc scit: qz oīs res sci ta a deo nūc est scita: ꝛ oē enūciabile vt res quedaz est: semp a deo scitur. Sed aliqō enūciabile vt enū ciabile est ꝛ vt significat ad quod factū est pōt nunc nō sciri a deo hz prius sciretur vt ostēsum est. Ad scōm dicendū q̄ ꝓpter hoc q̄ dicimus deū aliquod enūciabile nō scire quod prius sciebat modo quo dictum est: nō opz sciam dei variabilē esse. Ad ter tiam dicendū q̄ ad veritatē ꝛ vnitatē enūciationis nō solum considerāda est res. sed etiā considerandū est tēpus: vt esse vel fuisse: accipiendo tēpus vt p se orationē respicit: nō p accidens. qūo aūt hoc intelli gendum sit: in solutione est patefactū: ꝛ qz tēpus sic acceptum variaf cum dicimus sortem currere ꝛ cu currisse. ideo nō est idem enūciabile hoc ꝛ illud.

Ad quartū dicendū q̄ hz tēpus sit de cōsignifica tione verbi quod ingreditur orationē. attū qz tem pus vt ostēsum est quodāmodo essentialr ꝛ immuta biliter idemptitatē orationis respicit. iō p variatio nem tpis nō remanet eadez oratio: loquēdo de va riatione tēporis quod respicit orationē prout signi ficat quod significare accepit. ideo sortem currere ꝛ cucurrisse nō est eadez oratio.

Uper lra. sup illo. (hz hoc friuolū est.) Mo tandum q̄ expositio eoz̄ qui exponebant verba Aug. dicit friuola: qz nimis extor te exponebāt ipsa. dicebāt enī esse dignos gratia qui nō sunt ita indigni sicut alij. Item sup illo. (sicut antiqui patres.) notandū q̄ diuersitas enūciabiliū nō impedit vnitatē fidei. vel qz obiectū fidei nō est enūciabile put ē obiectū fidei nō circūcernit aliquaz differētiam tēporis: ꝛ tēpus determinatū nō est de substātia fidei: sed accidit fidei: prout fides p doctrinā determinatur ꝛ habeē ex auditu.

Qō. xliij.

25.ij. Ē cūdo queritur. Utrū infinitas potentie vl' oipotentia possit cōicari creature. Et videt q̄ sic: qz p̄m Dionȳ. viij. de di. no. Virtus diuina est infinita: qz pōt infinita p̄ducere: sed posse pducere infinita: est creature cōicabile: potuit. n. deus ab eterno facere mūdū vt ostendetur scō. huius q̄ si sic sciuisset: sol habuisset causalitatē sup infinitos effectus: nō ergo est contra rationez creature habere potētiaz infinitā. P̄ręterea. nō est minus habere naturā infinitaz q̄z vir/tutez sed cōicatū est creature alicui habere infinitaz naturā. qz p̄m auctorez in lib. de cāis: intllie sunt cō posite ex finito z infinito: siue ex esse z natura: vnde p̄m ipsum hūt nāz infinitā: ergo z virtutē infinitam habere possunt. P̄ręterea. cuiusłz potētie passiue in natura hz respōdere actiua potentia: cū igitur po tētia materie se extēdat ad infinita: oz dare aliq̄z vir tutem agentem ex suppositione materie que possit oēs illos effectus de materia educere ad quos mā ē in potētia: huiusmodi aūt nō erit diuina virtus: ta men quia talis vtus non agit ex suppōe materie tñ qz deus mouet huiusmōi corpozalia mediantibus causis secūdis: erit ergo huiusmodi virtus qd crea tuz: igit̄ aliqua creata virtus erit infinita. P̄ręterea. sic oipotētia respicit infinita oba sic z oisciētia sed sciētia oiuz cōicata est creature: vt aie xp̄i: ergo z oipotētia creature cōicari pōt. Incōtrariū est. qz ois creatura est certz circūscripta limitibus: vnde z p̄m Damas. lib. scō ca. ij. ipsi angeli circūscripti/biles sunt: sed nihil tale pōt habere infinitā potentiā: q̄ rē. P̄ręterea. potētia creādi si oipotētia p̄/net: sz tal' ñ pt cōicari creature vt i. ño oñdet. q̄ neci oipotētia ei cōicari pōt. R̄ñ dō. q vt habitū ē: vtus ex hoc dicit infinita: qz nō est in mā recepta. qz nō est contracta ad genus vel speciē. qz inagēdo nō initi/tiē alij virtuti: cū igit̄ hoc creature repugnēt: nulli crea ture cōicari pōt. hz. n. q̄libz creatura aliq̄z potētiali tatē āmixtā: pp q̄ virtus eius ñ est penitus in māt hz eē participatū z ab alio pp q̄ ad genus vel spe/tiē est cōtracta: agit mota: z vt instrumentū diuinū: pp q̄ q̄libz virtus creata virtuti diuine innitit̄. so lus aūt deus simpl'r est infinite vtuz: qz solus ipe est simpl'r imāt. z nec ad gen̄ nec ad spetiē determina tur: z inagēdo nulli virtuti innitit̄: q̄ oia ex hoc contin gunt. qz ipse est actus pur⁹. Mā ex hoc est fūme in māt z nullā potētialitatē hz āmixtā: qz est actus purus. ex hoc etiā nec ad genus nec ad speciē determinatur: qz cū sit actus purus z sit ipsuz esse: nō determinat ad aliquod esse: sed in eo ois essendi ratio reseruat. Rursuz ex hoc hz q̄ inagendo nulli virtuti innitatur qz q̄ alij virtuti innitit̄ z a vtute alia suscipit firmi tatez: hz aliquā potētialitatē āmixtā pp quam susci pit influentiā vtuz a q̄ roborat. Si ergo creature cōicari posset habere potentiā ifinitā: cōicari ei pos set q̄ esset actus purus z q̄ esset deus: quod est in conueniēs: possumus tñ si volumus assignare. iiij. in gb⁹ dei oipotētia manifestat̄ que creature cōica ri nō possunt: pp q̄ oipotētia nec ei cōicari pōt. oi/cit. n. ds oipotēs vel manifestat̄ nob oipotētia ei⁹ quadruplici: er. P̄rimo qz oia ordinat. Secūdo qz oia conseruat. Tertio. qz oia pducit. Quarto qz oia ad se cōuertit. hoc aūt quoz tangit Dionȳ. v. de di. no mi. dicēs deū esse oipotentē. qz oia continet z collo cat quātū ad primuz: z addit q̄ est oia fundans ceu strigens z firmās quātū ad secūdū z subdit q̄ ex se ipsa diuina vtus quēadmodū ex radice oia pducit q̄tū ad tertiū z segtur q̄ ad se ipsuz oia cōuertit quantū ad q̄rtū. in q̄ztū deus oia ad se cōuertit est fūme bo nus siue ē finis oiuz i quē oia ordināt: put vero oia ordinat z constringit: est fūme vnus. qz ois ordo ab vnitate incipit. vt dicit. xxi. ppositiōe P̄roculi in q̄ztū aūt oia pducit: agit nullo p̄supposito z ñ hz esse in natura receptū: put aūt oia cōseruat z est oiū cā essendi: est ipsuz esse in quo ois essendi ratio reseruat. cū igit̄ creature cōicari nō possit q̄ sit ipsa bonitas z fūmū bonū ei cōicari nō pōt: q̄ oia ad se conuertat: Secūdo cū ei nō possit ttibui qz sit ipsa vnitas in q̄ nullus est numerus: ei cōicari nō poterit q̄ oia ordi net z suis locis disponat. Tertio. qz oe creatū eo ipo q̄ creatū est hz esse in natura receptū: nulli creature cōicari potcrit q̄ agat nullo p̄supposito q̄ q̄ oia pdu cat. Quarto qz q̄libz creatū hz aliquā potētialitatē āmixtā: z nō est ipsuz esse nulli tali cōicari poterit q̄ oia cōseruet z sit oibus cā essendi. Simplr ergo lo/q̄ndo nulli creature pōt cōicari oipotētia z virtus in finita. aliqs tñ mod⁹ infinitat̄ cōicari creature non est incōueniēs. p̄m quē modū intellia dicitur habe virtutē infinitā in inferius: inquantū corpozalia: z inferioza virtutem intellie cōprehēdere nō valēt.

Ad p̄mū dō q̄ si mūdus fuisset ab eterno vtus so lis simplr nō eēt infinita: z qz semp fuisset determi nata ad aliquos effectus cōpeteret tñ ei aliqs mo/dus ifinitat̄. Sz sic eē vtutē creatā ifinitā: nō ē incō ueniēs. Ad. ij. dō q̄ nulla creatura hz nām infini tā simplr: cuz q̄libet creata nā determinat̄ ad aliq̄d genus vl' ad aliq̄z speciē: aliqs tñ modus infinitat̄ pōt ppetere alicui nē create p̄m quē modū dicimus nāz intellie infinitā qz nō est recepta in mā: eē tam ei⁹ finitū dīs qz ē receptū in nā. Ad iij. dō q̄ si ē aliq̄z vtus creata q̄ possit educi de materia oia illa que est in potētia hz rationes sciales. sicut forte ē vir tus intellie mouētis orbez: q̄ mediāte celesti corpe z agentib⁹ particularib⁹: omnia talia educit: ñ tam

propter hoc virtus eius est infinita: tū qz agit ex supposīone: tū qz psupponit ex necessitate ordinis secundū qz causat: tū qz est limitata virtus eius ad aliquos particulares effectus. Nā ex materia oēs effectus educi nō pōt. Et rursus suppositis particularibus agentibus et corpore sup celesti: non pōt de materia educere oia illa ad q̄ mā est in potētia sm rōes obedientiales: sz forte possit ea ad q̄ est in potentia sm scientiales. Ad q̄tū dō qz nulli creature sm qz creatura est cōicata: ē oīs scia simplr. Nā aia xpi nō equat verbo simplr loquendo nec in nūero scitoz. nec in liquiditate scientie: sz dato qz alicui creature possit cōicari oīs scientia: non propter hoc bt qz ei cōicari possit oipotentia: qz scientia sic est in recipiendo: sz potentia vt hic de ea logmur ē imagīdo: et nō ita repugnat creature infinitas passiue vt actiue.

Finde q̄rit de necessitate diuine actionis. Et circa h q̄runt duo. Primo. vtrū agat ex necessitate nature. Secūdo. vtrum ex necessitate iusticie.

Qō. iij.

D primū sic pcedit. videt qz deus agat ex necessitate nature. qz illa sic agūt q̄ q̄ntū est de se ōterminate et imobilr se habēt ad pductionē effectus: sz deus magis immobilr agit q̄z aliqō agēs nāle: ergo potissime deo cōpetit agere ex necessitate nāe. Preterea. eodē vbo quo pr̄ dicē se dicit et creaturā iuncta illud Anselmo. xxiij. Sic de⁹ qcqd dicē vbo suo dicit: vno igit eodēq; vbo dicit seipsum et q̄cūq; fecit: sz illud vbū nāliter adiecte emanat: ergo et creature q̄ p dictum verbū pcedūt nālr ex necessitate nature pducunt. Preterea. in deo nihil est differens a natura sua: ergo et vtus sua et volūtas sua et oia sua sunt idē qz natura: qcquid ergo ab eo pcedet: siue pcedat p volūtatē siue p aliqd aliō attributuz nalr pcedat ab ipo ergo q̄ producit nalr vl ex necessitate nature pducit. Preterea. Dionys. iiii. de di. no. assimilat solare lumē diuine bonitati: qz sicut sol oia illuminat q̄ illuminari possūt: et absq; electiōe et ratiocinatōe oib⁹ lumē suū fundit. sic et deus suā bonitatē oib⁹ tradit: talis actio est ex necessitate nature: ergo et. Incōtrariū est Damas. li. pmo. c. viii. Qui dicit qz creatio est op⁹ exīs volūtate: sz cū creare dicat diuinaz actionē deus agit volūtate nō necessitate nature.

Preterea. qd agit ex necessitate nature statiz producit effectū: nisi impediat: sz cū diuina vtus impediri nō possit: et deus sit eternus: creature tēporales non agit deus ex necessitate nature. Rño dd qz q̄ naturalr de pma cā cognoscere possumus: p effectus nob⁹ inotescūt: et qz vtus diuina ē vtus infinita et sua potētia oipotētia dici dz: potissime p ea sm q̄ oipotētia sua declarat: modus actiōis eius inotescit: habitū est. n. p Dionys. x. de di. no. Quatuoz ee sm q̄ diuina oipotētia manifestatur. Primo qz oia ordinat. Secūdo qz oia cōseruat. Tertio qz oia pduc. Quarto. qz oia ad se cōuertit: sz qlibz illoz q̄tuoz māifestare possumus modū actiōis diuine: et ostēdere qz deus nō agit ex necessitate nature: sed ex libertatis arbitrio de agēte. n. naturali duo dicē possum⁹. vt pz p pōm: q se intromisit de actione rez naturaliū. Primo. qz agēs ex necessitate nature moz moueturr: pp qd dicit sōo phis. q oē mouens phisice mouetur: et q̄cūq; nō amplius mota mouēt nō amplius sunt phisice cōsideratiois. Secūdo qz actiōes naturales sunt determinate ad vnū. vnde. ix. methaphi. dat dīa inē potētias naturales et rōales: qz potētie rōales sunt ad opposita naturales sunt determinate ad vnū. Si igit ostēdere possum⁹ qz oia ordinās oia cōseruās: oia pducēs: et oia ad se cōuertēs: non agit motū et sua actio ad vnū determiarari nō vz: sufficienē ostēsuz erit deuz nō agere ex necessitate nature. Qō. n. moz motū: ab alio ei finis pstituit. ex h. n. sagitta destinat a sagittāte: qz sibi ipsi ordinē et terminū pstituere nō vz: et nihil cognitōe carēs sibi ipsi terminū et ordinē pstitere pōt: nihil ergo agēs motum et nō p cognitionē: sz ex necessitate nature pōt ee totius ordinis instituor cū omni tali agēti ab alio pstituat ordo: eo ipso igit qz deus oib⁹ ordinē pstituit: si moz motū: nec ex necessitate nature. Sz p intellectū et cognitionē: siue ex libertatis arbitrio: sic. n. imagiari debem⁹ qz dispones et ordines in istis corpalibus aliquo mō deriuant a dispositiōib⁹ et ordinib⁹ side rū dispositiōes aūt et ordines sidez reducūtur nō in agēs ex necessitate nature: sz imagēs p intellectū et volūtatē. vnde Cōmen. xij: metha. dicit qz que sunt in istis inferioribus habēt mēsurā ppam ex cōstitutibus motū stellaz et dispositiōib⁹ eaz adinuicem: et ista mēsura puenit ab arte diuina intellectuali: nō ergo ordo et mēsura in reb⁹ puenit sm Cōmen. a necessitate naturali: sz ab arte diuina intellectuali: et idē ibi dē ait. qz natura nō agit nisi rememorata ex vtutib⁹ agētib⁹ nobilioribus q̄ dicūtur intelligētie. semper ergo opus nature est opus intelligentie: qcqd ergo agit motū: reducitur in agēs p intellectū et imobilr deus igitur q oia ordinat et est id in quo oia reducūtur: non agit vt ab alio mot⁹: q nō agit ex necessitate nature. Rursuz etiā qz agēs naturale est ōterminatū ad vnū qd oia ordinat nō agit ex necessitate nature. Nā oia ordinare nō regrit determinatā actionē: cū oēs cāe q̄ in tali ordine cōtinentur diuersificētur in actionib⁹ suis. Secūdo hoc idem declarare possumus. qz oia cōseruat. nā illud oia cōseruat qd ē oibus causa essendi: illud est oibus cā essendi qd est ipsum esse qz qd nō est ipsum esse nō ē oib⁹ cā essendi sz aliud ē ei cā vt sit. Si igit de⁹ qz qd nō est ipsum esse: nō agit motū: qz qd agit motū hz potētialitatez amixtā: cū motus sit actus entis in potentia: qd est ipsum esse: cū sit actus purus potētialitatē amixtaz habere nō pōt. ex hoc etiā apparet qd determinatam actionē habere nō potest. Nam qd est ipsum esse: in eo reseruatur omnis ratio essendi: cū ergo modus agendi sequatur modū essēdi: qd habet determinatum modum agendi habet determinatum modum essendi quod ergo habet esse in quo omne esse continetur: quia habet actionez in qua actiones singule continent: ergo deus oia cōseruat. Est ipsuz esse. nō agit ab alio motus: nec habet determinatā actionē propter qd sequitur ipsum nō agere ex necessitate nature. Tertio: ista eadez veritas declaratur ex eo qd producit oia. nam oia producere est non habere actionem determinatam ad vnum: qz cuius actio ad vnum determinatur non proprie producit omnia: sed quedaz. Rursum qd omnia pducit non agit motū: qz qd agit motū: non est primum agens: et qz solum principium agens agit nullo presupposito et nō supponēdo materiaz et subiectum cū producens omnia nihil presupponat: nec alicui alteri virtuti initatur. de necessitate tale agens est agens primum et non agens motum. igitur qz deus omnia producit non habet actionem limitataz. nec agit motus: propter qd non agit ex necessitate nature. Quarto hoc idem ostenditur: qz deus omnia ad se conuertit: nam qd est tale est summum bonum nam id in quod omnia ordinantur est finis ultimus et quid optimum. In optimo aūt reseruatur omnis ratio bonitatis: et quod est tale non agit propter finem aliū: inq̄stum deus: non agit pp finē aliū nō agit motus: put vō ipo reseruat oīs rōbonita-

tis non hz actionem limitataz:nec agit motus pro pter qđ sequitur ipsum nō agere ex necessitate nāe: vt ēp habita manifestū. Ad pmū dđ q3 hz ōus agat imobilr:agit tñ ex libertate arbitrij: agere aūt ex ne cessitate nature est habere determinatā actionez ꝛ nō agere libere. vnde si bene aduertim⁹ ratio pe tit quodāmodo qđ est icōtrario. Mā qđ agit simplr: imobilr agit nō ab alio motū:sed cū agens ex necessi tate nature agat motus:ōus q agit imobilr nō agit ex necessitate nature. Ad secūdū dđ q3 hz verbuz naturalr emanet a dicēte,nō tñ oz que emanant per verbū emanare naturalr.nā cū verbuz sit opatiua potētia pris:sic res pducūt p verbū vt sunt in opa tiua potētia dei:sic cū nō sit ibi vt in pducente ex ne cessitate:sed ex voluntate res nō procedūt ad deo ex necessitate nāe: sed ex libertate voluntatis. Ad tertiū dđ q3 hz natura diuina sit idē realiter q3 volū tas differunt tamē ratiōe ꝛ cōpetit eis alia habitudo ꝛ pp aliā ꝛ aliā habitudinē importatā p voluntatez ꝛ naturā:dicimus q3 creatio est opus volūtatis nō nature:ꝛ dicimus deū nō pducere res ex necessita te nature:sed ex libertate voluntatis. Ad quar/ tū dđ q3 nō est intētio Dionȳ. assimilare actionem diuinā actioni solis quātū ad necessitatē:sed ꝯtum ad vlitatē:nā nō agit deus ex necessitate nature vt sol sed cū vlitate actionis solis vlitas actiōis diu ne quandā conuenientiā habet.

Q5.ij. Ecundo q̄rit⁹. vtruz deus agat ex neces sitate iusticie:ꝛ videt q3 sic.q: ꝑm Augu. in lib. de symbolo:ꝛ habet in lra:ℏ solum nō pōt deus q3 nō vult:sz cū velit q3 est iu stuz.ergo solū pōt q3 iustū est.agit igit ex necessitate iustitie. Preterea.ꝑm eundē Augu. vij. confe:ꝛ habet in lra:deus nō cogit invitus ad aliqd vl'non pōt agere nisi volēs:qa volūtas nō excedit potētiaz nec ecōuerso.cū igit diuina potētia nō excedat aliqō attributū diuinū:qa oia que in ōo sunt eq̄lia sunt qa sunt ipse deus. sicut deus nō pōt facere aliqd nisi volens eo q3 sua voluntas equatur sue potētie. sic ñ pōt facer aliqd nisi iustū eo q3 sua potētia ꝛ sua iusti cia equales sunt:agit ergo ex necessitate iusticie.

Preterea.qa agētia naturalia determinant ad vnū ꝑm naturā suā dicunt agere ex necessitate natu re cū igit deus determinetur ad agendū solū q3 iustū est:qa iniusta facere nō pōt:dicēt agere ex necessi/ tate iusticie. Preterea.secūda ad Thymo.ij.scri bitur q3 seipsum negare nō pōt:sz seipsum negaret si nō ꝑm iusticiā ageret cū ipse sit sua iusticia.igit solū agit q3 sua iusticia est.igit. agit ergo ex necessitate iu stitie. Incōtrariū est qa ꝑm Augu. in pdestinatione sanctoꝝ: nō tñ iustus pōt dici deus aut misericors sz iustus ꝛ misericors:sz iusticia potissime apparet in damnatis:misericordia in saluatis:cū ergo deus aliquos damnet aliquos saluet:nō solū agit ex iusti/ cia sz ex misericordia. Preterea. dicit q3 ad pces Grego. deus saluauit Traiānū i iferno existentē: sz ℏ nō poterat eē ex iustitia: g̃ nō qcquid agit deus: agit ꝑm iustitiā. Rño dđ q3 deus nihil aliud a se de necessitate vult. Mā cū oia alia a deo cōparēt ad ipz tanq̄z ea que sunt ad finē solū bonitatē suā de ne cessitate vult quā aspicit vt finē:oia vero alia p̄ vel le ꝛ nō velle ꝑm sue volūtatis arbitriū:ꝛ q3 volūtas sua est immediata cā rez ꝛ creatio ꝛ pductio rez dici tur op⁹ volūtatis:ꝛ cū liber vellit alia ꝛ possit ea vel le ꝛ nō velle simplr loq̄ndo nihil de necessitate agit nec aliqd de necessitate producit.imo quolibz demō strato pōt illud agere ꝛ nō agere. vel producere ꝛ nō producere.ꝛ sic res ipse vel nature ōpēdēt a volūta/ te diuina tāq̄z a sua cā ꝛ in tātū sunt in ꝯtū a deo vo lite sunt. Sic ꝛ ca q̄ sunt in reb⁹ ex diuina volūtate ōpēdēt. nō igit solū res:sz ordo iustitie ꝛ rationabi litas q̄ in reb⁹ aspicim⁹ ex diuina volūtate dependēt ꝛ sicut res ipse in tñ sunt.in ꝯtū volite sunt.sic qđ/ quid est iustū rōale ꝛ ordinatū in tñ tale est in ꝯtū a deo volitū est.eo.n.ipso q3 a deo aliqd volitū ē iu stū ordinatū ꝛ rōale ē. Mā ꝛ si ꝑma regla ē intellect⁹ vl'ro.tū qz nāle ē diuie volūtati vt agat ꝑm rōem: vel ꝑm ordinē sapie:qcqd est a deo volitū in ꝯtū est volitū iustū ꝛ rōabile dici pōt. Cū ergo q̄rit:vtrum deus possit facere nisi q3 iustū est vl'q3 rōale ꝛ ordia tū:tales ꝓpositiones sic distinguēde sunt. sicut ꝛ ista distingui posset. vtrū deus possit facer nisi q3 vult duplicē pōt hꝫ intelligētiā: nā si hoc q3 dico nisi po nit rē suā ꝛ exceptionē quā iportat circa rē volitā sic falsuz est q3 dicit:qz deus pōt facere aliud ab eo q3 facit.nā cū agat p intellectuz ꝛ potētie huiusmōi sint ad opoīta pōt facere ꝛ nō facere vt sibi placet.sz si hꝫ qđ dico nisi ponit rē suā circa actū volūtatis absolute sumptū nō ꝑt determinat ad aliq̄z rē volitā:sic nō pōt facere nisi q3 vult:qz nō pōt facere nisi vellit. Mā sz possit facer hoc ꝛ cōtrariū huius: attamē si hoc facit ℏ vult:ꝛ si cōtrariū faceret cōtrariū vellet:ꝛ tō aliqñ inuenim⁹ dicī nō posse facere nisi q3 vult ꝑm quē modū Aug.logtur in lib. de symbolo:ℏ solū non pōt deus q3 nō vult:aliqñ inuenim⁹ dicī posse qđ ñ vult:iuxta illud Aug.in encheri.. Dipotentē volun tas multa pōt facere q̄ nec vult nec facit. verū qz ex vi locutiōis cū dicit⁹ deus nō pōt facere nisi qđ vlt hoc qđ dico nisi semp ponit rē suā circa rē volitam, magr absolute negat eā qz nō cogit ponas sua ad ali quos determinatos effectus:pōt ergo facere qđ nō vult.qz pōt facere cōtrariū ei⁹ qđ facit:attamē non pōt facere qđ nō vult:qz nō pōt facere aliqd q3 si faceret nollet illud. Et qz ex ℏ aliqd est iustū ꝯtū est ab eo volitū ꝛ sicut pōt facere qđ nō vult:sic pōt facer qđ ñ est iustū:attamē nō pōt aliqd facere q3 si faceret nō eēt iustū sicē nō pōt aliqd facer q3 si faceret illud nol let.nō ergo simplr loq̄ndo deus agit ex necessitate iusticie:sicut nō necessitat ad volēdū determinatos effectus. attū si nomē necessitatis vellemus exten dere ad oē de bitū:ꝛ nomē iustitie ad oēz cōdecētiaz possemus dicere deū agere aliq̄ ex necessitate iusti/ tie nō simplr.sz ex suppōe.nā sz p modū ōbiti nihil sit inclinatiuū diuie volūtatis simplr:est tñ ex suppōe nā si supponim⁹ deū velle aliq̄ cōsequens est vt velit oia ea sine qb⁹ illa eē nō pñt vt si vult pducere ho/ mineꝝ:oz q3 vellit ipsuz eē al'ꝛ ꝓstare ex alia ꝛ conse quentiꝝ si vult vniuersuz cōstare expartib⁹ inequalib⁹: opz q3 no eq̄liter oibus suā bonitatē cōicet:ꝛ in tali cōca tiōe attēdit qđā iustitia in ꝯtū dat oib⁹ ꝓut decet suā bonitatē:agit ergo deus aliq̄ ex necessitate iusti tie accipiēdo necessitatē cōiter pro oi debito ꝛ iusti cia pro oi cōdecētia nō tñ simplr vt ostēsum est:sz ex suppōe:sed si necessitatē vellemus accipe stricte,p/ ut libertati repugnat deus nihil ex necessitate agit cū libere faciat qcqd facit. Rursuz si p iustitiā equā retributionē pro meritō vellemus accipe:nō qcquid agit,ex iustitia agit:qz aliq̄ℏ tribuit sua dona grāx nullis pcedētib⁹ meritis ꝛ huiusmōi tributio nō est in/ fra si iustitia respicit retributionē iuxta ꝯtitatez me ritoꝝ est tñ iusta:si iustitia diuinā cōdecētia dicit q3 nihil deus facit q3 eum facere nō deceat. Ad pri mū dđ q3 cū dicit deus solū nō pōt qđ nō vult:si hoc qđ dico solū ponit rē suā circa actū volūtatis simplr sumptū:sic verū est q3 dicit:qz non pōt aliqd facere nisi vellit. Mā cū ex hoc faciat qz vult ꝛ ad suū vel le necessario sequtur facer:sicut nō pōt velle nisi vel lit.sic nō pōt facere nisi vellit:sed ex hoc nō habet q3

determinetur sua voluntas ad determinatos effect⁹ ⁊ nō pōt facere nisi qō vult ⁊ facit. Sz si hoc q⁹ solū ponit rez suā circa rez volitā sic est ppō falsa ⁊ nō p/cedit ꝑm intentōez Aug. Ad.ij. dō q⁹ ꝛz sit in deo idez potentia. ⁊ volūtas tñ pp aliā ⁊ aliam habitudi nem importatā p volūtatem ⁊ potentiā dr̄ de⁹ aliq̄ posse q̄ nō vult. ⁊ sicut pōt facere deus que non vult sic potest facere alia iusta q̄z faciat. Ad tertium dicendum q⁹ ꝛz voluntas diuina sit determinata ad iusticiā. si iusticia ꝑ ꝓcedentia sumat qz nō pōt velle nisi q̄ decet eū velle attū huiusmodi ordo iusticie nō determinat ad hāc rez vel ad illā. qz eadez rōali no lūtate q̄ h facit ⁊ illud dimittit posset h dimittere ⁊ illud facere. Ad.iiij. dō q⁹ de⁹ nō pōt facere nisi qō decet eū facere: attū huiusmōi ꝓdecentia nō determinatur ad h opus vel ad illud. vñ pōt facere q̄ nō fac absq̄z eo q⁹ neget seipz ⁊ q⁹ faciat ꝑter suā ꝓdecentiā nā ⁊ si alia faceret alia vellet ⁊ alia ipz facere decet. nō g agit ex necessitate iustcie q⁹ pp huiusmodi iusticiā ⁊ ꝓdecentiā determinet ad h op⁹ vel ad illud

Dī.xliij. Argumenta aūt in ꝓriuz arguunt nō oia opa diuina iusta ee ꝑt iustū dicit eq̄litatē retributōis iurta quātitatez meritoꝝ nō tñ arguūt aliq̄ diuina opa nō esse iusta ꝑt iusticia ꝓdecentiam importat. Nam qcgd de⁹ facit decet eam facere.

(Unc. illud restat.) Post q̄s magr̄ oñdit diuinā potentiā nō limitari quātū ad ea q̄ facit qz pōt alia facere oñdit eā nō limitatā esse quātuz ad q̄litatez eoꝝ qz pōt meliora ꝓducere ⁊ duo sa. qz ꝑmo fac q⁹ dictū est ſcō. mouet q̄sdā qōnes anneras. ſcōa ibi. (Post h ꝓsiderādū.) Circa ꝑm tria facit. qz ꝑmo ponit quādā rōnez p quā oñdit oeū nō posse facere meliora. qz sicut ꝓduxit filiū q̄s meliorē potuit ⁊ eq̄lē sibi. qz si potuisset ꝓducere meliorē ⁊ nō ꝓduxisset inuidus fuisset si voluisset ⁊ nō potuisset i firm⁹ fuisset. ꝓp q⁹ ne dicam⁹ deū impotētē ⁊ inuidū dicim⁹ cū genuisse filiū q̄s meliorē potuit. pari g rōe dicere debem⁹ q⁹ ꝓduxit res quā meliores potuit. nō g pōt meliora ꝓducere. Scō soluit nō ee silr de hac silitudo soluit rōnē factā in qōnib⁹ patebit. Tertio adducit rōnez ad oñdēdū deū posse meliora facere quā faciat. qz si huiusmodi facta a deo meliorari nō possunt. vel h ē qz nulla ꝑfectio boni eis deest ⁊ tūc eārent creatori q⁹ ē incōueniēs: vel qz nō possūt maiorē bonitatē recipe. ⁊ tūc cū de⁹ possit ea facere capacia maioris boni potuit meliora ꝓducere. ſcōa ibi. (Sz nō vz.) Tertia. ibi. (Uez h ab eis.) Deinde cū dicit. (Post h ꝓsiderādū.) Mouet q̄sdā qō nes annexas. ⁊ d. fa. ꝑm duas qōnes q̄s mouet. Se cūda. ibi. (Preterea q̄ri solet.) Circa ꝑm. o. fa. Qz ꝑmo q̄rit. vtr alio meliori mō potuerit de⁹ facē res q̄s fecerit. Scō. soluit dicēs. q⁹ si huiusmōi alietas referat ad sapiaz ꝓditoris nō. qz nō alia sapia potuit res ꝓducere quā ꝓduxerit. Si vo referat ad q̄litatē creature potuit alio mō res facere. Scōa. ibi. (Si modus opatōis.) Deinde cū dicit. (Preterea q̄ri.) Mouet aliā qōnez. ⁊ duo fa. Qz ꝑmo facit q⁹ dictū ē. Scō. p modū recapitulatōis vitatē ꝓclu dit. ibi. (Fateamur g deū.) Circa ꝑm. o. f. Qz ꝑmo q̄rit vtr de⁹ possit qcgd potuit. ⁊ arguit q⁹ nō. qz potuit incarnari ⁊ nō pōt. Scō soluit. q⁹ de⁹ pōt qcgd potuit. qz nulla potētia ab eo diminuta ē. qz ꝛz nō possit mō icarnari. h tñ nō ē pp diminutōez potētie. Sz qz res ipsa trāsiuit in ꝑteritū. nā sicut de⁹ scit qcgd sci uit ⁊ vult qcgd voluit sic pōt qcgd potuit. ipse g res variatur nō diuina potētia nec sciētia nec volūtas.

n

Scōa. ibi. (Ad qō. dicim⁹.) Deinde cū dicit. (fateamur g deū.) Per modū recapitulatōis ꝓcludit vitatē ⁊ duo facit. Qz ꝑmo. ꝓcludit deuz posse qcgd potuit. qz ab eo nulla potētia ē diminuta ñ tñ semp pōt facere oē q⁹ potuit pp variatōem rez. Scō. dicit. Silr dō ee de diuina volūtate ⁊ scia ei⁹. Scōa ibi. (Silr qcgd.) In quo ꝺminat suia lectōis ⁊ dist.

m Aguster in ꝑtu distinctōe circa potētiā diui nā ꝓncipalr duo q̄rit. Primo vtr de⁹ potuerit facere meliora quam fecerit. Scō. vtr possit qcgd potuit. Jō de hijs duobus q̄rem⁹. Circa ꝑmū q̄rem⁹ tria: Primo vtr deus vnāquāq̄z rē potuerit facere. Scō. vtr totū vniuersuz potuerit facere melius. Tertio. spāliter de qbusdā creaturis. vtr de⁹ potuerit eas facere meliores.

Qō. ꝑma.

a Dō ꝑmū sic ꝓceditur vī. q⁹ de⁹ nō potuerit facere aliquā rez meliorē. Nā bonitas rei ex eē sumitur iurta illud Aug. inde doctrina xp̄iana. inquātū sumus boni sum⁹ ſz eē rei ē simplex ⁊ in diuisibile nō suscipiēs magis ⁊ min⁹. g̃ res meliorari nō pōt. Preterea. si dicat q⁹ duplex ē eē rei accīntale ⁊ substale. quātū ad substale res nō suscipiūt magis ⁊ min⁹. nec meliorari pōt. ſz quātū ad accidentale ⁊. vnitas entis nō ē vnitas p̄dicatōis. ſz attributōis. o⁹a g̃ p̄dicāmēta sunt entia ꝑm ꝑhm. iiij. methaꝑh. sicut oia sana sunt sana. Sanū aūt nō p̄dicatur de oibus sanis eo q⁹ sanitas repiatur in oibus. ſz repitur solū in vno vt in aiali. ⁊ p cō paratōem ad illud oia dr̄ sana. Jta q⁹ cibus ⁊ vrina nō dr̄ sana p aliquā sanitatē q̄ sit in eis ſz pp eaz q̄ est in aiali. Sic ergo accidētia nō dr̄ entia pp entitatē vel pp esse q⁹ sit in eis. ſz pp eē q⁹ ē in suba vnū tñ g̃ eē est in re. ſ. subale. ⁊ rōne illius. oia accidētia dr̄ entia inquātū hñt quādā analogiā ad illud: pp q⁹ scribitur. vij. metha. q⁹ accidētia nō sunt entia ni si q⁹ sunt entis. Si ergo ꝑm eē subale nō pōt esse melioratio: qz tale simplex ⁊ indiuisibile est ex quo non ē dare in re aliud eē simplex ꝓcedēdū ē res meliorari nō posse. Preterea. si de⁹ potuisset genuisse meliorē filiū ⁊ nō genuisset ꝑm Aug. inuidus fuisset. g̃ pari rōne. si potuisset res facere meliores: ⁊ nō fecisset inuidus fuisset. Sz ab optimo relegata ē oīs inuidia iurta: illud ꝑmi metha. nec deū ee inuidū quenit. ergo fecit res q̄s meliores potuisset. Preterea legitur genē. i. vidit de⁹ cūcta que fecerat ⁊ erāt valde. Si igitur cūcta sunt valde bona ⁊ qō valde bonū ē meliorari nō possit nihil a deo potuit melius fieri. In cōtrariū ē. qz cuilz finito pōt fieri additio. si ergo rebus creatis cōpetit habere bonitatē finitaz bonitati coꝝ pōt fieri additio ⁊ ita possunt fieri meliores. Preterea quicquid natura pōt. deus pōt. Sz ope nature res efficiuntur meliores. ꝓcedit. naliter res ex impfecto ad pfectū in quo ꝓcessu q̄dā meliozatio attenditur ergo multo magis diuino ope meliores fieri pōt. Rñ. dicēdum q⁹ in ꝓductione cuilz rei tria est ꝓsiderare. ꝓducēs modū ꝓducendi ⁊ ꝓductū. Si ergo res meliorari non pōt pōt triplr ꝓtingere. ꝑmo q⁹ rō huius sumatur ex parte ꝓducentis. Scō. ex mō ꝓducendi. Tertio. ex ꝓducto. ex parte ꝓducentis duplr. Primo. si huiusmodi ꝓducens ageret ex necessitate nature. nā talia tñ ꝓducūt quātū ꝓducere possunt. nam cuz actio nature sit determinata ad vnum ⁊ agens ex necessitate natura non sit dom⁹ sui actus. sic agentia tñ agunt. quātū possunt agere. vnde ignis inducit calorē. q̄to maiorē ⁊ meliorez pōt. Scō. h. ee pōt. si tota bonitas ꝓducētis reluceat in producto. Nā per se loquēdo nō pōt esse maior bonitas in effectu q̄s in sua cā. Si igitur tota bonitas ꝓducētis in producto

reluceat. sequitur q̄ producens non possit producere melius eo qđ producit ſm quem modum possemus dicere nō fuisse possibile patrem genuisse meliorē filium eo q̄ tota bonitas dei patris in eo reluceat. ex parte etiā modi producendi. Et hoc duplr̄ pōt ꝓtingere. nā q̄dam agūt ex suppositōe m^e sicut ea q̄ suos effectus producūt p motū et trāsmutatōem. Ūū talia nō agūt nisi ex suppōne m^e et non inducūt formā nisi in materia dispōsita. igitur ex mō agēdi aliquorum agētium nō pōt produci melior effectus. Primo si simplr̄ mā nō sit in potētia ad maiorē pfectōem ſm quē modum Cōmē. dixit .oe philosopho q̄ nā in eo oñdit vltimū ūū posse' vt ꝓñderet vltimā pfectōez possibilē in materiis. Secdo. si dispō m^e. et eius capacitas repugnat vlteriori pfectōi. ꝫ forte mā simplr̄ sumpta ad vlteriorē pfectōem nō habeat repugnātiā. Tertio. ex parte producti ēt duplr̄ esse pōt. Primo si repugnat effectui simplr̄. Secdo. si repugnat huic effectui. nā nulla virtus agentis est q̄ pducat effectum ꝓtra rōnem eius vel q̄ pducat hūc effectū ꝓtra rōnem huius. dicere ergo deū nō potuisse pducere res meliores pp aliquā dictaꝝ rōnum hoc ꝓtingit. sed huiusmodi rō sumi non poterit ex parte agentis eo q̄ agat ex necessitate. nature. oñsum ē. n. supra deū agere ex libertate volūtaꝫ nec ꝫ ꝓtinget qz tota bonitas pducētis reluceat in pducte. nā cū creature sint in ꝓpoztōate creatozi nō sunt capaces tāte bonitatis quāta existit in ipso. Rursum ꝫ non pōt ꝓtingere ex mō pducēdi. nā deus cū sit pmū agēs nō agit ex suppōne m^e et sicut nō supponit māz. Sic nō supponit māz dispositā et vt pōt totū pducere. sic potest capacitatē ampliare. ideo nō possum^9 dicere deū nō potuisse facere meliora qz repugnet ipsis recipiētibus vel capacitati eoꝝ. Si ergo erit aliq̄ cā. vel hoc erit qz repugnat effectui vel qz repugnat huic effectui. pductōez melioꝝ repugnare simplr̄ effectui nō est possibile. Mā illa simplr̄ sunt impossibilia et repugnāt simplr̄ effectui q̄ effugiūt rōnez entis et ꝓtradictōem implicāt. eē aūt melius nō effugit rōez entis immo si rō bonitatis ex eē sumitur qđ magis hz de bonitate magis hz de eē. Simplr̄ ergo loquēdo de^9 potuit meliora pducere cū hoc nō repugnet nec pducēti. nec mō pducendi. nec pducto simplr̄. Sz si queratur. vtrū deus hunc effectum vel ꝫ productū potuerit facere melius: et vtrū talis factio repugnet huic producto nō est respōdendū simplicit: sed distinguēduz est de meliozatiōe quantū ad bonitatez essentialē que respicit naturā rei deus hunc effectuz nō potuit facere meliorez: qz si mutaret eius natura nō remaneret vlterius ꝫ effectus. Maz gradus bonitatis essentialis assimilantur vnitatibus in numeris: qz sicut qualibz vnitate addita variantur spēies numeroꝝ. Sic quolibet tali gradu addito vel remoto mutant̄ spēies entiuz: si vero loquamur de meliozatione accidētali potuit deus hūc effectū meliorez facere: simpliciter ergo deus potuit facere meliora hec tamē vel illa fieri meliora potuerunt quātuz ad bonitatez accidētalez nō substantialem. Ad primū dō q̄ duplex est esse substātiale et accidētale: simpliciter loquēdo potuit meliora producere quantū ad vtrunqz esse: hoc tū effectus non potuit producere meliorez quantū ad esse eēntiale: qz si tale esse mutaretur nō remanerēt vlterius hii effectus: potuit tamē eos meliorez facere quantuz ad accidētale. Ad scōm dō q̄ cū dicit accidētia nō sunt entia: nisi qz sunt entis et q̄ solū sunt entia p cōparationē ad entitatē que est in substantia nō est tenēdū qz nulla entitas sit in accidētibus: sed qz huiusmodi entitas est ſm qđ: et qz ab eo q̄ est ſm qđ nō est denominatio nō proꝑe ꝓpter talez entitatez dicuntur entia: sed ꝓpter entitatē simpliciter que ē in substātia: est ergo in re duplex esse: vl duplex entitas substātialis et accidētalis et nō vna tm̄: vt ratio arguebat. Ad tertiū dō q̄ si pater nō genuisset filiū optimū inuidus fuisset: nā cū filius ꝓcedat ab eo naturaliter. oportet eū talem esse ſm q̄ natura diuina regrit ꝓpter q̄ tota bonitas paterna debeť filio cū ei debeatur natura diuina et totaz talem bonitatem poterat capere cū sit deus: sed subtrahere alicui q̄ ei debetur et pōt capere ex inuidia ꝓcedit: ideo si ꝓ potuisset et noluisset gignere filiuz optimū inuidus fuisset. creatio tamē est opus voluntatis: vnde tanta bonitas debetur creature quātam deus eis vult cōmunicare ꝓpter q̄ tales de^9 creaturas fecit ꝙles voluit: et si nō cōcauit eis omnez bonitatez nō fuit inuidus cum eis talis bonitas nō debeatur. Ad quartum dō q̄ omnia simul sumpta sunt valde bona ratione ordinis modo quo patebit vnuz qđq; tm̄ in se vt est qđ creatum bonuz est et meliorari pōt ratione vl melius pōt inueniri. Dō. sequi.

Secundo queritur: vtrum deus totū vniuersuz potuerit facere melius: et videtur q̄ non: qz optimi est optima adducere: cū igitur deus sit quid optimū oz vniuersuz ab eo factuz optimū existere: nō igitur potuit ipsum facere melius. Preterea. vniuersum dicit aggregationez oium bonoꝝ: sed aggregationi omniuz bonoꝝ non pōt fieri additio: ergo deus vniuersum nō potuit melius facere. Preterea. deus quicquid producit er tota sua potētia ꝓducit: nam semp̄ ōus se toto operatur: sed qđ producitur ſm totam potētiā alicuius ab eo non pōt fieri melius: ergo vniuersum q̄ deus ſm suam totā produxit potentiā melius fieri non potuit. Preterea. vt habitū est supra licz vnūquodq; in se bonū sit omnia tm̄ simul sumpta sunt valde bona: cum ergo vniuersum dicat omnia simul sumpta vniuersum est valde bonum: nō ergo potuit fieri melius. Preterea. ex hoc aliquid est malum in quātum est priuatum ordine qz ꝫ Boe tiū quarto de cōsola. Secdo diuine ꝓuidētie cūcta cōplectitur: si igit nihil est ibi inordinatuz nihil est in vniuerso habēs rationem mali: est igitur summum bonū cum sit malo in primitū. In contrariū est: qz vna pars vniuersi est melior ꝙ alia: cū igitur deus potuerit facere vniuersuz solum ex partibus nobilibus potuit facere vniuersum melius ꝙ fecerit.

Preterea. cū multa mala in vniuerso videam^9 et deus omnia talia cohercere possit: qz voluntati eius null^9 resistere pōt potuit facere vniuersum melius ꝙ fecerit: qz si fecisset ipsum absq; omni malo cum malū diminuat de ratione boni fecisset ipsum melius ꝙ fecerit. Rño dō q̄ bonitas vniuersi potissime ex ordine videtur consurgere: vnde et philoso. phus. xij. metha. Post bonum ducis colloca bonum ordinis: bonum autem ordinis dupliciter accipi potest. Primo. ratione ipsius ordinis in se. Secundo ratione partium ordinatarum: cum ergo queritur. vtrū deus potuerit facere melius vniuersuz ꝙ fecerit huiusmodi meliozatio aut accipitur ꝙ ipsum ordinem in se: aut per respectum ad ordinata: meliozari autē vniuersum: qz ipsa ordinata meliozari possunt per omnem modum est verus. Maz siue extensiue siue intensiue intelligatur huiusmodi meliozatio non est impossibile qđ dicitur: potuit enim deus extensiue melius facere vniuersum quātum ad partez cius que ordini subditur: siue quantum ad ipsa ordinata: quia potuit multa genera creaturarum facere in vniuerso que non fecit: et multi

gradus entis in vniuerso esse potuerunt que non sit. Rursum etiã intensiue vniuersum meliorare potuit faciendo quãlibet partẽ vniuersi meliorez q̃ duplr eẽ posset. Primo quãtũ ad meliorationem accidẽtalem. ⁊ talis melioratio nõ regreret substãtialiter alias partes vniuersi. Secõ quantum ad bonitatẽ substãtialẽ vt si p quolibet gradu entis g in vniuerso existit fecisset alium gradũ altiorẽ. ita q̃ quelibet pars talis vniuersi eẽt alia substãtialiter a partibus vniuersi huiusmodi igitur melioratio vniuersi q̃z tum ad ea q̃ ordini subdũtur p oẽm modũ est possibilis. Sz si q̃ratur vtr quãtũ ad ipm ordinẽ melioratum possit est de ordine diligendũ. qz gdam est ordo partiũ in toto. Quidã partiũ ad finẽ. hũc duplicem ordinẽ tãgit phs. xij. metha. cũ ponit ordinẽ in vniuerso. ex eo q̃ vna pars ordinatur ad aliã partẽ q̃ ordo est partiũ in toto ex eo q̃ totũ vniuersuz ordinat in deũ q̃ ordo sumit p cõparatõem ad finẽ. Si g̃ loqmur de ordine partiũ in toto. vtr ꝑm ipm vniuersum meliorari possit. dõ q̃ melioratio ꝑm talẽ ordinẽ potest intelligi extẽsiue ⁊ intẽsiue. si intelligat extẽsiue manẽtibus eisdẽ partibus vniuersi meliorari nõ põt. Nã tũc extẽsiue meliorari posset ꝑm talẽ ordinẽ qñ huiusmodi ordo extẽderet se ad aliãs partes vniuersi q̃ carerẽt ordine qõ eẽ põt. qz in vniuerso ꝑm Aug. lxxxiij. q. qõne de quidẽtia summo deo cũcta bñ amministrãte q̃ fecit nihil inordinatũ ẽ. vnde cõis sniã ẽ qõ sicut quãtũ ad ipsas partes ordinatas vniuersum p oẽm modũ meliorari põt. sic ecõuerso quãtũ ad ipm ordinẽ extẽsiue nullo mõ meliorari valet. Sz vtr intẽsiue ꝑm talẽ ordinẽ meliorari possit. Videtur aliq̃ limplr q̃ sic. dñt. n. q̃ si q̃libet pars vniuersi meliorata eẽt ordo intensiue in vniuerso simplr eẽt melior. ꝙz nõ est bene dictũ. qz sic ꝓsiderare ordinẽ magis ẽ ꝓsiderare ipm quãtũ ad partes ordinatas ad q̃s se extẽdit q̃z in se. opz aũt nos dicere q̃ ꝙz ordinẽ in se aliquo mõ vniuersum sit valde bonum Sic. n. cũcta q̃ fecit dr̃ sunt valde bona pp bonũ ordinis. ideo notãdũ q̃ in ordine duo est ꝓsiderare primo. pportõem. Secõ bonũ q̃ ex pportõe resultat. naz si corderẽ: ordinate eẽnt i huiusmõi ordine duo cõsiderãda eẽnt. Primo pportio cordaz ad inuicẽ vt qz vna excedit aliã ꝑm modũ debitũ. Secõ bonuz q̃ ex huiusmõi pportõe resultat vt melodia vel symphonia delectãt auditũ. Si igitur q̃libet cozda ꝑm modũ sũ fieret melior ibi ordo melioratus eẽt nõ q̃z tum ad pportõem qz si pportõaliter pus se excedebãt corde ⁊ tñ meliorate sunt si ibi debitus ordo ꝺz existere ꝑm pportõem debitã se excedẽt. tñ eẽt ibi meliozatio quãtũ ad bonũ qõ ex pportõe resultat. qz meliozatis cordis resultaret ibi maior symphonia ⁊ magis mulcerẽt auditũ sic ⁊ in vniuerso se bz. Nã partes vniuersi sic pportõaliter se excedũt ⁊ ꝑm tãtam analogiã ordinate sunt q̃ si oẽs partes vniuersi meliozarẽtur si debito ordine se haberẽt pportio vniuersi sic meliozati nõ eẽt maior pportõe q̃ nunc in vniuerso existit. bonũ tñ q̃ ex tali pportõe resultat esset melius. nam sicut ex pportõe cordaz resultat symphonia. sic ex pportõe partiũ vniuersi resultat manifestatio diuine maiestatis ⁊ sicut meliozatis cordis. ꝙz non augeatur pportio meliozatur tñ simphonia. Sic meliozatis partibꝰ vniuersi nõ variaretur pportio. magis tñ manifestaretur diuina bonitas. ergo intẽsiue quãtũ ad ordinẽ nõ põt meliozari vniuersuz ꝓsiderãdo pportõem q̃ in ordine ꝓsistit. põt tñ meliozari quantũ ad bonũ qõ ex pportõe resultat vez qz ordo magis eẽntialr se tenet ex parte pportionis q̃z ex parte boni q̃ ex pportõe resultat cũ ipsa pportio sit qdã ordo ⁊ nõ bonũ qõ ex pportõe eẽ bz magis negare debemus ꝑm ordinem intensiue vniuersum meliozari posse q̃z affirmare. Si vo loquamur de ordine ꝑm q̃ partes vniuersi ordinãtur in finem vtr ꝑm talem ordinẽ vniuersum meliozari possit. vt vtruz possit ordinari ad meliorẽ finẽ distinguẽdũ est de fine. qz huiusmodi finis vel est finis vltimus vel prim⁹. quãtuz ad finẽ vltimũ res meliozari nõ pñt. Non. n. possunt habere meliorẽ finem cuz ipse deus ꝑm hunc modũ sit finis oium. Si vero loqmur de fine primo. quia huiusmodi finis bz gradus ꝑm q̃ partes vniuersi gradatim se bñt. ꝑm hũc moduz vniuersum meliorari põt. qz si oẽs partes vniuersi meliozarẽtur accipiẽdo sic finẽ ordinarentur ad meliorem finem. Ad primuz dõ q̃ q̃libet res in se ꝓsiderata non est optima nisi loquendo de bonitate eẽntiali q̃z quã manẽte re eadem q̃z substãtiam meliozari nõ põt. totum tñ vniuersum aliquo mõ optimum est rõne ordinis mõ quo dictum est nõ tñ simplr est quid optimũ. vnde aliquo modo meliorari põt vt pz p habita. Ad. ij. dõ q̃ vniuersum aggregat omne bonũ q̃ actu existit nõ tamen aggregat oẽ q̃ deus põt facere. vñ arguitur q̃ post deum nihil est melius vniuerso nõ tamẽ habeẽt q̃ vniuersum meliorari nõ possit. Ad. iij. dõ q̃ lz deus producat quelibet effectũ ꝑm suam totã potẽtiã. effectꝰ tñ ꝓsequitur bonitatem ꝑm volũtatem diuinã. ideo potest deus meliora facere q̃z faciat. Ad. iiij. dõ q̃ oia sunt valde bona ratione ordinis attñ ille partes vniuersi meliorari possunt ⁊ si meliorarẽtur vniuersum eẽt melius. Ad. v. dõ. q̃ in vniuerso est aliqõ malũ. attñ huiusmodi malũ nõ p oẽm modũ effugit ordinẽ diuine ꝓuidẽtie pp q̃ bene dictũ est q̃ in vniuerso nihil ẽ inordinatũ. Sz ꝓpter hoc nõ habetur q̃ vniuersuz meliorari nõ possit. qz lz ordo vniuersi se extendat ad oia ⁊ quodlz ordinatuz sit possẽt tñ partes vniuersi meliorari ⁊ sic vniuersum eẽt melius. Ad argumẽta incõtrariũ dõ. q̃ si oẽs partes vniuersi eẽnt eq̃les quãtũcũq̃ eẽnt nobiles. ⁊ si in vniuerso nihil mali eẽt. vniuersum nõ eẽt inde nobilius. qz mala ⁊ inequalitas partiũ faciũt ad decorem vniuersi.

Qõ. iiij.

Ertio queritur de quibusdam creaturis excellentibus vtr potuerit eas deus facere meliores. Et videt qõ humana natura in Christo nihil possit esse melius. qz tãta fuit illa vnio vt deuz faceret hominem ⁊ hominem deum. Sed cũ deus sit quo maius excogitari nõ potest. ꝙz Anselm. in ꝓsologion. humanitate Christi que deo est vnita nihil potest esse melius. Preterea. videtur q̃ gratia Christi nihil sit melius. quia bono infinito nihil est melius. sed gratia Christi est bonum infinitum cum ei fuerit datus spiritus non ad mensuram. ergo aliq̃ creatura est qua nihil melius esse potest. Preterea. videtur q̃ beata virgine nihil melius esse possit. quia ꝑm Anselm. ⁊ viij. de conceptu virginali. decebat vt illius hominis conceptio de matre pijssima fieret nempe decens erat vt ea puritate qua maior sub deo nequit intelligi virgo illa niteret. Preterea. videtur q̃ beatitudine nihil possit esse melius. quia ꝑm Boetium beatitudo est status oium beatoꝝ aggregatione perfectus. ꝙz nihil potest eẽ melius omni bono. ergo ⁊c. In contrarium est qz cũq̃libet creatura sit certis limitibus circũscripta quodlibet bonum creatum est finitum bonum. sed cuilibet finito bono potest fieri additio ergo ⁊c. Responsio dicendum q̃ omnia entia quodammodo clauduntur inter duos terminos quorum vnus est suppremus vltra quem non licet ascendere alius est infimus infra quem nõ po-

test esse progressus. Isti duo termini non sunt eiusdem generis. Nam terminus supremus est actus purus ⁊ est quid in creatuꝛ videlicet deus ipse. Terminus infimus est potentia pura ⁊ est quid creatuꝛ q; materia prima. igitur in descendendo inuenim⁹ statum in rebus creatis. Nam materia prima ordine nature nihil vilius esse potest. est. n. propꝛie nihil ſm Aug. ⁊ ſm Commen. in. i. phiſicoꝝ est medius inter ens ⁊ nihil adeo autem infime rōnem entitatis participat q; ſi min⁹ participaret non ꝓstitueret gradum entis. sed esset pure nihil. In ascensu ãt nō inuenimus terminum m gñe creatoꝝ. nam nihil creatū potest esse actus purus. naz si eēt actus pur⁹ eēt ipm esse ⁊ non participaret esse. ⁊ si non participaret eē nō haberet eē ab alio. propter qō non eēt qd creatum. Est ergo aliqua creatura in se cōsiderata ordine nature. ita infima qua non potest esse inferior cum in descendendo sit dare statum in creaturis nulla tamen ita est suprema qua non possit eē superior q; in ascensu non est status in rebus creatis. sed in creatoꝛe. est. n. hic ordo q; materia prima est potētia pura. de⁹ vero est actus purus. oia aũt inter media sunt actus ammixtus potētie. ⁊ potētia ammixta actui. Simplr ergo loquendo solus de⁹ ē ita bonus quo melius excogitari non potest. ois aũt creatura vt creatura est simplr loquendo ab oimoda perfectōe deficit ⁊ ea aliqd esse melius pōt. Aduertendum tñ ꝓpter argumēta q; sicut cōiter dicitur. licet qlibet creatura simplr sit bonū finitū. hꝫ tamē quādā rōnem infiniti ſm q; hꝫ quēdā ordinem ad infinitū bonum. Huiusmodi aũt ordo nō ē vniformis. q; aliquādo sumitur solum ſm respectum ⁊ sic beata virgo hꝫ quādā rōnem infinitatis inquātuꝫ fuit mater dei ⁊ vniuersuꝫ est quoddā infinitum inquātuꝫ ordinatur ad infinitū bonū ⁊ gratia habet quādam rōnem infinitatis inquātū ꝓiungit nos bono infinito. ⁊ multa talia exēpla adducere possumus ad ostēdendū qō non ē ꝓtra rōnem creature aliquo modo habere quandam rationem infinitatis. Aliquando aũt sumitur per cōparatōem ad esse ſm quem modum humana nā est vnita infinito bono. q; fuit assumpta ad eē psonale verbi. ⁊ vt nō faceret p se psonam. ſꝫ substātificaretur in ypostasi verbi. Nñ ãt huiusmodi infinitas sumitur p respectū tūc absolute de talibus nō possumus pferre sniam. vnde non est simplr dō q; beata virgine nihil possit eē melius vel q; vniuerso ⁊ gracia nihil melius esse possit. hꝫ p quēdam respectū ⁊ vt talia infinita sunt ꝺ de ipsis pnūciari possunt. hꝫ. n. quādā rōnem infinitatis beata virgo vt est mater dei vniuersum vt ordinat ad deū gra vt ꝓiungit nos ipsi. ⁊ q; sicut sunt infinita bona. sic eis melius nihil eē pōt. ideo dicere possumus q; beata virgo nō potuit eē melioris mater q; vniuersum nō pōt ordinari ad melius. Nō gratia nō potest ꝓiungere meliori. ſꝫ xp̄s hō est infinituꝫ bonū ſm quādā cōparatōem simplr. Inquantū est idē eē psonale ⁊ eadem psona filij dei ⁊ illius hois. vñ quodāmodo simplr ꝓcedere possumus. xp̄o hoie nihil posse eē melius. humanitate tñ xp̄i aliquo mō vt inquātū est qdam creatura aliqd melius eē pōt.

Ad. i. dō. q; licet humana natura in xp̄o substanti ficetur in psona verbi. tñ huiusmodi natura a diuina natura est distans in infinitum. ꝓpter q; ea inq̄ tum quedam creatura est aliquid melius eē potest.

Ad. ij. dicendū q; gratia xp̄i non fuit infinita simpliciter q: determinata erat ad aliqō genus entis. aliquo tñ mō infinita erat. q: quodāmodo dici poterat infinita gratia ꝓut aliqualiter in ea reseruabatur omnis ratio gratie. vnde datus fuit ei spiritus non ad mensuram aliorum hominum non q: gratia illa simplr non esset quid finitum. Sꝫ q; habebat quēdam modum infinitatis. Ad. iij. dicendū q; beata virgo fuit purissima non q: esset actus purus. vel q: esset ipsum esse ꝓpter qō ei cōpeteret omnis ratio essendi ⁊ omnis ratio bonitatis. ſꝫ erat purissima. q: erat munda ab omni contagione peccati. Ad. iiij. dicendum q; habitudo est quodammodo infinitum bonum. quia coniungit nos illi bono in quo est omne bonum. Simpliciter tamen in se considerata vt est quid creatum non est infinitū bonum. vnde vnus homo est beatior alio ⁊ habitudo vnius est maior habitudine alterius. vl dicere possumus q; status oiuz bonoꝝ aggregatiue ꝓfect⁹ p se ⁊ ēntialiter ꝓuenit beatitudini increate. Illis vero beatitudinibus ꝓuenit p participatiōez q̄dā.

Unde queritur. vtꝝ ōs possit quicqd potuit. Et videtur q; non. q: q; nullo mō est possibile nō subiacet alicui potētie. Sed aliqua aliquādo fuerūt possibilia que mō nō sunt sicut oia ꝓterita. ḡ aliqua aliquādo fuerūt possibilia que mō non sunt sicut oia ꝓterita. ḡ aliqua aliquādo deus potuit eo q; possibilia erant q̄ nunc nō pōt. q: possibilia nō sunt. Preterea. ſm magistrū in littera. deus potuit incarnari ⁊ nunc non potest ſꝫ posse incarnari est aliqō posse. nō ergo qcqd de⁹ potuit mō pōt. Preterea. si dicatur sicut dicit magister in littera videlicet q; hꝫ de⁹ nō possit incarnari vel resurgere sicut olim potuit. pōt tamē mō incarnatus eē ⁊ resurrexisse in quo eiusdē rei potētia mō stratur. Cōtra. cec⁹ q ꝑus vidit nūc videre, nō pōt. pōt tñ vidisse. Si ergo ꝺ sufficit ad ꝺ q; aliqd: qcqd potuit possit dicere possum⁹ q; cec⁹ qcqd potuit q; nullus ꝓcederet. Preterea. si de⁹ aliquē pdestinauit nō pōt ipm nō pdestinare. nō ergo pōt qcqd potuit. Incōtrariū ē magister in littera q; ait q; deus semp pōt q̄ aliqñ potuit. Preterea. q; nō pōt q; aliqñ potuit eius potētia diminuta ē. Sꝫ diuinā potētiam diminutā eē impossibile est. ḡ qcqd deus aliqñ potuit mō pōt. Rñ. dō q; in deo nō est potētia nisi actiua. potētia aũt actiua ⁊ modus agēdi sequūt modū essendi. q: qcqd agit: agit ꝓut est in actu ⁊ vt hꝫ esse. Cū igitur diuinū eē ꝓtineat oē esse vt potest habere a Dionysio. v. de di. no. in sua potentia reseruatur omne posse. Quia igitur respondet potentia actiua ipsi esse ⁊ alicui competit tale posse vt ei competit esse: querere vtrum deus possit quicquid potuit. est querere. vtrum deus scit quicquid sciuit ⁊ q: deus semp stat in seipso: ⁊ a suo eē variari nō pōt: vt dō. ix. de di. no. oē posse qō ꝓus habuit nūc hꝫ. sicut omne eē nūc ei ꝓuenit q; ꝓus congruebat. ꝓpter ergo ⁊ p se loquendo potest qcquid potuit sicut ē qcquid fuit tamen vt magis appareat veritas questionis notandum q; vt pōt patere ex dictis deus ſ dicitur omnipotens. q: possit quicqd enunciari potest. Sꝫ q: potest quicquid hꝫ rōnem entis. Haz vt habitum est ex hoc dicitur habere omne posse. q: esse continet omne esse. Sic enim videm⁹ in rebus creatis vt q; qlibet creatura est cōtracta ad genus vel ad speciem ⁊ est ꝺ vel illud quodꝫ creatuz hꝫ limitatam potentiā ⁊ pōt ꝺ vel illud vt q; calidū est determinatum ad tale esse potest in effectū tali esse cozzespondentem. q: pōt calefacere. ⁊ frigidum potest infrigidare. Si ergo est aliqō esse non ꝓtractum ad genus ⁊ ad speciem q; ꝓpzie non fit hoc. vt illud. Sed sit omne esse. Tunc in illo esse q; ē omne esse reseruabitur potentia in qua fit omne posse. Sed cum tale esse posse sumatur per respectum ad omne esse q; effugit omnem rationem entis ⁊ nul-

Q. iiij.

